Urbanus Eps. servus servorum Dei dilectis filiis *Martino Archipro plebis Sce Marie de Tremosino* ejusque fratribus tam presentibus quam futuris Canonice substituendis in perpetuum. Quotiens a nobis petitur quod religioni etc.... Ea propter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, et prefatam Ecclesiam sancte Marie de Tremosino qua divino estis obsequio mancipati sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Preterea quascumque possessiones quocumque loco eadem Ec-

1. Presso l'Archivio Canonicale di Brescia. — Storie Bresc. t. V, pag. 188.
2. In questo vol. p. 29, n. CXXXV.
3. Gradonicus, *Brixia Sacra*, p. 205. — Stor. Bresc. t. V, p. 101.
4. Presso l'Archivio dell'Arcipreb. di Tremosine, antico apografo del secolo XIV, comunicatomi dalla cortesia del rev. arcipr. di quella terra sacerd. Biella. Il documento ad ogni modo è d'indubbia sincerità. — Stor. Bresc. t. V, pag. 188.

clesia in presentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum largitione regum vel principum oblatione fidelium seu aliis justis modis prestante Dno potest adipisci firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo predicta ecclesia sita est cum omnibus pertinentiis suis. Capellam Scti Michaelis, et Scti Laurentii, et sci Petri, et sci Benedicti cum omnibus pertinentiis suis. In loco *Vesii.* possessiones duorum fratrum scilicet Adamantis et Guidonis qui fuerunt conversi ejusdem ecclesie. Et possessionem Aymerici in eodem loco. possessionem Martini de *Priazo.* Possessionem Joannis Bucco de Lode. et possessionem Guidonis *Gambuci.* Decimam *Pregassi* sicuti pacifice et juste possidetis. Et quartam partem decimarum omnium totius plebatus. Et decimas novalium sicuti a venerabili fratre nostro *Ioanne Brixiense Epo* vobis concessa sunt. Ius quod habetis in *Nintignano* in vineis et campis. Jura que habetis in *Pulciano* et in *Ravazono.* et jura que habetis in *Augello* et jura que habetis per totum olivetum. et iura que habetis in *Prese* et vineam que est post plebem cum nemore. Et cemeterium predicte plebis. Concessionem quoque a predicto Episcopo vobis canonice factam de territoriis suis . . . . rationibus (*sive* de rationibus) in predicto territorio et plebatu Tremosini sicut in istrumento pubblico ejusdem epi plenius continetur. Preterea libertates et immunitates equas et rationabiles consuetudines ecclesie vestre concessa sicut hactenus observate sunt ratas habemus et eas perpetuis temporibus illibatas per presentes sancimus. Novas quoque et indebitas evictiones ab archiepiscopis, episcopis, archidiaconis aliisque omnibus ecclesiasticis secolaribusve personis omnino fieri prohibemus. Sancimus etiam ne intra fines parochie vestre ullus sine assensu diocesani episcopi et vestro capellam seu oratorium de novo erigere audeat, salvis privilegiis Romanorum pontificum. Auctoritate quoque apostolica interdicimus ne quivis in vos aut ecclesiam vestram excomunicationis suspensionis seu interdicti sententiam sine manifesta et rationabili causa promulgare presumat. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis januis,

exclusis excomunicatis et interdictis non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam Ecclesiam temere etc... Si qua igitur in futurum etc.

Ego Urbanus catholice ecclesie episcopus subscripsi (*Sieguono le firme di vescovi e cardinali*). Datum Verone per manum Alberti sce Romane ecclesie pbr Card. et cancellarii IV Kal. Martii Indictione V Incarnationis Dominice M. C. LXXXVI pontificatus vero dni Urbani pp. III Anno secundo.

CLXX.

(An. 1186 — 5 dicem.)

Biata Palazzo.

Inedito 1.

Atto per controversia tra Berta badessa del monastero dei ss. Cosma e Damiano in Brescia, ed Oddone chierico di Capriolo.

In Eccl. ss. *Martini Cosme et Damiani* de civitate Brix.

Que controversia comissa erat conoscenda et definenda dno Lanfranco Abati Monasterii sce Eufemie et dno Oldoni preposito canonice sci Petri in Oliveto p. dnm Urbanum papam etc. . . . . per pactum et conventionem ab utraque parte commissa est dno Alberto de *Gotenengo* predictarum potestatum existente consiliario etc... ibidem diceret et nominatim de sorte de *Goiono* etc. . . . cujus securtatis dns *Biata de Palatio* constituit se fideiussorem et debitorem omnium exceptione remota etc. *Il medesimo Alberto* precepit similiter Abbatissa ut relinqueret capelle omne ius quod habebat monasterium in clauso de *Cubiado* etc. . . .

CLXXI.

(Anno 1187 — 30 aprile)

La Chiesa di Montechiaro.

Bolla di Urbano III.

Inedito 2.

Riconosce anch'egli le benemerenze di Raimondo vescovo di Brescia, concesse alla pieve di Montechiaro, come le assentiva papa Alessandro nel 1177, di cui vi demmo la Bolla. *Dat. Verone Prid.* (?) *Kal. Maii.*

1. Luchi, *Cod. Dipl. Brix.* p. 109.
2. Si veggano le Miscellanee Zamboniane presso il nob. Clemente Rosa. — Stor. Bresc. t. V, 187.

CLXXII.

(Anno 1187 — 8 giugno)

Il palazzo del Comune.

Atto privato.

Inedito 1.

Anno... M. C. LXXXVII die lune VIII, intrante mense junii etc....Dnus Ioannes Archidiaconus *(forse il Palazzo susseguito a Giov. Fiumicello)* majoris brixiensis eccl. et Teutaldus archipresbiter etc. . . . confessi sunt se recepisse a dno Brixiano Confanonerio et Oddone advocato, et Teutaldo de Muscolinis et Mario de Pallatio consulibus Com. Brix. ducentum et X libr. *Brixien. monete* nominative pro terra super quam est pallatium Communis constructum ubi solite erant esse domus terranee et ortulus iuris ipsius eccl. Quibus domibus coherentie erant iste... a mane ingressus unde pergitur ad ecclesiam s. Petri, a meridie prefatus ortulus, a sero ingressus Contionis et Contio, a monte via etc.

CLXXIII.

(Anno 1187 — . . . agosto)

I creduti Martiri.

Doneda 2.

L' importanza del fatto ci muove a riprodurre il documento già dato dallo Stella, dal Doneda e dal Faino.

In Christi nomine. anno incarnationis ejus millesimo centesimo octuagesimo septimo Indictione quinta mense aug. Cum non solum ex scriptura passionis beatorum martirum Faustini et Jovite verum etiam ex fama et antiquorum virorum assercione. et aliis variis indiciis eorum corpora viderentur esse recondita in ecclesia ad honorem eorum *in suburbio de porta Matulfo* civitatis brixie juxta *viam cremonensem* dedicata; placuit fratribus et vicinis ejusdem ecclesie ex consensu et voluntate dni Iohannis brixiensis episcopi ipsa sacratissima corpora

1. *Liber Poteris Brix.* — Codice Pergam. Munic. presso la Quiriniana, carte 7 e 8. — Storie Bresciane, t. V, pag. 189.
2. Lettera IV intorno all'esistenza dei ss. MM. ecc. p. 9. — Stor. Bresc. t. V, p. 191. — Faino, Vita dei ss. mm. Faustino e Giovita, p. III, pag. 51. — Stella, Risposta alle censure ecc. pag. 121.

detegere utq. de non apto loco quo pedibus suffocabantur ea deberent extrahere. et venerabili loco collocare. Cumque rupto solio ecclesie ad arcam marmoream pervenissent. prefatus episcopus multis clericis et laicis utriusque sexus presentibus ipsam arcam aperuit. in qua duo corpora mirifice collocata invenit. Erant enim ex pluribus sericis palliis cooperta. et in ipsa arca erat mensa albissimi marmoris sita. et a fundo arce aliquantulum ellevata. supra quam jacebant jam nominata corpora. Ne autem humor vel sanguis corpora aut pallia posset consumere. erat ipsa mensa multis foraminibus perforata. per que humor cadebat ad inferiora. Ipsa vero corpora decollata fuisse videntur. set caput unius nullo modo reperitur. Sanguis quoque pluribus in locis adhuc rutilat sepolture. Est etiam cum ipsis corporibus gubernata sanguinis ac terre mixtura insimul quasi panis coagulata. in multis fustris palliis involuta. prout in effusione sanguinis eorum fuit collecta. Collectis autem jam dictis duobus corporibus ab eodem episcopo in duobus palliis. nullam scripturam invenit in ipsa arca que eorum nomina declararet. set ipsa rei qualitas eos martires fuisse monstravit. Unde secundum jam dicti episcopi voluntatem cum fratres et vicini jam supradicte ecclesie vellent arcam sepedictam de fovea producere. ut in ea ipsos martires loco religioso deberent reponere. invenerunt tabulam marmoream sub capite ipsius arce inter duos lapides ita quod arcam non tangebant absconditam. que talem litteram continebat. FAVSTINO ET IVITTA CHI MARTYR. VICTOR MAVRVS EX VOTO POSVIT MENSAM CIVIBVS SVIS. Rursum veniens episcopus ad ecclesiam prefatam. visa jam nominata tabula et litteris. ex mandato ejus et eo presente et in. habito conscilio cum fratribus suis. quidam ejus bone opinionis presbiter Ambrosius de sancto Andrea nominatus. gradum ascendens. litteras illas audientibus multis viris et mulieribus legit. et credendum esse martires Faustinum et Jovittam publice eos fore demonstravit. quibus ita peractis. alia vice rediens episcopus altare majus ecclesie in quo duo corpora sanctorum erant recondita violavit. et auferri precepit. ut ibi arca et in ea predicti Martires collocarentur. completo ejus mandato cum die certo venturus esset

episcopus ut quatuor corpora sanctorum reconderet. et violatum altare restauraret. expectantibus fratribus et vicinis nominate ecclesie ut episcopus que promiserat adimpleret. cucurrit abbas sancti Faustini cum magna multitudine multas minas episcopo inferrendo. et ne ad propositum locum se representaret prohibendo. exinde ad apostolicam audientiam proclamavit. Episcopus timens. tunc exinde amplius non processit. set tam. prima die Kal. septembris. ad jam dictam ecclesiam venit. et illos duos martires in ipsa arca reposuit. Faustinum videlicet a septentrione. et Jovittam a meridie. et in ipsa arca casiam unam in qua duo corpora sanctorum erant recondidit. que quidem quattuor sanctorum corpora una cum tabula supradicta in jam dicta arca sunt clausa. Tunc vero idem episcopus etsi hec cum ingenti devocione et constancia perfecisset. tamen dixit quia nolebat scandalum provocare. et ideo neque dicebat illos esse martires Faustinum et Jovitam vel quod non essent. Divinum quoque miraculum tunc accidisse dignoscitur. Nam ossa sanctorum quasi ignis. duo pallia firmissima lini in quibus erant ab episcopo reposita prout pro magna parte tangebant combuxisse apparent. et alia multa miracula meritis eorum eo tempore sunt facta.

Il Doneda v'aggiunge la Bolla di Urbano III (*XII Kal. octob.*) disapprovante la condotta del vescovo, coll'ingiunzione di riporre i cadaveri nel luogo antico: e perchè abbiate il più antico documento, a me noto del titolo *ad sanguinem* dato nel secolo XII a quella basilica, lo vi aggiungo senza più.

CLXXIV.

(An. 1169 — 5 aprile)

La chiesa — scita ad sanguinem.

Inedito 1.

Infeudazione di Teudaldo prevosto ecc.

In Christi nomine die dominico quinte de mense aprilis. Infra claustrum ecclesiæ Sancti Faustini et Iovite *scita ad sanguinem*. Presentia bonorum hominum quorum nomina subtus leguntur. Per lignum quem in suis tenebat manus dominus

1. Autogr. perg. presso l'archivio preposit. di s. Afra. È il documento più antico a me noto da cui risulti l'intitolazione di *scita ad sanguinem*, dato a quella basilica, ora s. Afra. — Si veggano le Storie Bresciane, t. V, pagina 143.

Teudaldus presbiter et propositus ejusdem ecclesie fratribus suis ibi presentibus et consentientibus, investivit Ottonem de Menasio et Brixianum ejus nepotem filium quondam Albergarj nominative de pecia una de terra cum casa super habente jacente prope *Pontem Carze* ibi prope cui coheret a mane Bucius a meridie Guisca a sero via a monte filius . . . q. Prandi. Eo vero modo fecit hanc investituram etc.

Actum est hoc anno Domini MCLXIX. Ind. II. etc.

CLXXV.

(Anno 1189 — 19 novembre)

Domofollo Cazzago.

Inedito 1.

In Christi nomine Ego Domofollus de Cazago *Consul maior Brixie* Consilio sapientium per sacramentum precipio d. Lafranco de Manerbio ut de cetero in perpetuum attendat sententias latas a dno Ioanne Episcopo Brixie, et a dno Iacopo de Villa, et Petro de Pontecarali inter predictum Lafrancum ex una parte et dnam Zachariam Abbatissam Monasterii de Manervio nomine ipsius monasterii ex altera, et ut destruat totam clusam quam fecit fieri in vaso Moloncelli ad X dies, et ne deinceps aliquit faciat. E converso per sacramentum precipio predicte Abbatisse ut ipsa in perpetuum Sententiam dni Mallicj (?) et meam latam inter predictas personas attendat scilicet de tribus petiis de terra, quas Otto de Mella solitus erat tenere pro medietate pro indiviso. Una quarum jacet in Braida Monasterii etc. (*omiss.*) . . .

Actum est hoc in *Ecclesia sancte Marie de Dom* civitatis Brixiæ. Die lune undecimo exeunte mense Novembris anno domini Millesimo centesimo octuagesimo nono. Indictione septima. Ibi fuere Maifredus Clericus de Azano, Calapinus de Carza, *Oprandus de Aimonibus*, Florius de Lavellolongo et plures alii testes etc. (*omiss.*) . . .

1. Luchi, *Cod. Dipl. Brix.* f. 16 originale Labusiano. — Storie Bresciane, tomo IV, pagina 190.

CLXXVI.

(Anno 1189 — 24 agosto)

Le gelosie feudali.

Kink 1.

Il vescovo di Trento infeuda Lodrone ai Setauri, col patto che nessuna vendita o cessione se ne facesse a' limitrofi Bresciani.

CLXXVII.

(Anno 1190 — 13 giugno)

Il bando imperiale.

Muratori 2.

Brescia, Milano e Crema sono messe al bando dell'impero. Noi toccammo dell'ambigua data del documento (Stor. Bresc. t. V, pag. 234), e come lo ponesse il Ronchetti al 1195. Noi propendiamo pel 1190, e qui lo collochiamo col Muratori (*Ant. Ital.* diss. XV, col. 482), che avverte le viziate indizioni, e tenta di accomodare la data.

Anno ab incarnatione Domini nostri Ihesu Christi. Millesimo centesimo nonagesimo. Indictione tercia decima. Die Mercurii tercio decimo intrante Iunio. in Cremona. in publica concione maxima. Dominus Iohannes Lilo de Asia missus et camararius domini Enrichi imperatoris excellentissimi atque invictissimi posuit et misit in bannum domini Enrichi imperatoris Cremenses et Mediolanenses et *Brixienses* et omnes alios homines qui consilium et adiutorium Cremensibus dederint. Et ideo misit eos Cremenses in bannum domni imperatoris, quia proibuerunt et vetaverunt predictum Iohannem missum domni imperatoris ire ad dandam tenutam Cremonensibus de castro Creme guarnito et disguarnito et virtute et locis et pertinenciis. et quia nolluerunt obedire preceptis predicti missi domni Enrichi imperatoris.

Ibique fuere rogati testes. Comes Lantelmus. Comes Albericus. Comes Girardus de Camixiano etc.... Guiscardus de Conciolo de Bergamo. Comes Albertus de Martinengo.

1. Codice Diplomatico della Chiesa di Trento, pubblicato a Vienna dall'Accad. delle Scienze, dietro il Codice Wanghiano. — Il Gar (Episodio del M. Evo Trentino, pag. 29), nel suo bel Patto di Pergine, ricorda quell'opera del Kink. — Il documento è ancora nel mio Codice n. 103.
2. Murat. *Ant. It.* t. IV, col. 481. Nota il Sicardo che del 1191 Crema era già dei Cremonesi.

CLXXVIII.

(Anno 1191 — 8 dicembre)

I primordj della pace.

Odorici 1.

Procura e decreto di Arrigo per la transazione delle differenze insorte a causa di confini territoriali fra Bergamo, Brescia e Cremona.

CLXXIX.

. . . . . .

Il Carroccio Bresciano.

Rossi e Zamboni 2.

De apparecchiamento et regimine Carrocii.

Item ordinatum et statutum fuit, quod carrocium, occasione guerre, apparechietur expensis Comunis Brixie et jussu Antianorum dicti Comunis et secundum eorum ordinationem, et quod dicti Antiani debeant providere de quibuscunque...et de tubetis et de pifferis quomodo illis placebit facere pro maiori honore civitatis ac populi Brixie...et quod Clerici...sint tantum tres ex illis de ecclesia s. Petri de Dom et non de alia Ecclesia, et quod equi . . . qui eum habent ducere, duo dentur ab hominibus Porte Matulfe, duo ab hominibus . . . cum famulis, sive staleris, qui debent eos equitare indutis guarnaciis et coracinis et celatinis sine barbuta cum . . . . .

CLXXX.

(Anno 1191)

Il cantico della vittoria.

Odorici 3.

Ripubblichiamo il documento per la sua importanza.

1. O Rex Regum Iesu Christe — per quem patent omnia,
Celum Terram fabricavit —, ipsa quoque maria,

1. Nella citt. battaglia di Rudiano.
2. Rossi, Vita dei ss. mm. Faustino e Giovita. — Storie Bresciane. Ms. presso la Quirin. pag. 106. — Zamboni, Fabbriche di Brescia, pag. 5. — Storie Bresciane, t. V, pag. 198.
3. Odorici, La Battaglia di Rudiano. — Archivio Storico del Vieusseux, nuova serie, t. III, p. II.

Quem secretum nullum latet —, vides et præcordia;
Tibi honor sit et virtus — per æterna sæcula.

2. Cui bona cuncta placent —, displicet superbia,
Qua inflati Cremonenses — omni ac malicia
Defendebant Bergamenses — sua in perfidia;
Sed ubique sunt confusi — tua nam potentia.

3. Quidquid enim tibi placet — potens es et facere,
Voluntati atque tuc — potest nil resistere:
Tu superbos, summe Deus —, semper vis deprimere,
Sublimare mansuetos —, ad superna ducere.

4. O Celorum imperator —, et Sanctorum gaudia,
Vita, salus, lux eterna — nobis et victoria,
Tuos servos Brixienses — sublimasti gloria,
Inimicos superando — tua sancta gratia.

5. Preces meas audi Deus — tuo sancto munere,
Et quod volo nunc ordiri — facias perficere,
In quo facto nihil possim — nisi vere dicere,
Proximeque res quas vidi — atque cuncta scribere.

6. Ergo vera nunc depromam —, nec morabor nimium.
Prima die sabbatorum — transierunt Ollium
Inimici Bergamenses —, turbe Cremonensium,
Papienses ac Parmenses —, acies Laudensium,

7. Qui tunc omnes minabantur — mortem et excidium;
Diras voces emittentes — ventum est ad prelium.

8. Pars adversa nimis magna — quosdam rupit equites,
Hos per campos insequendo — et per duros cespites;
Sed plebs nostra firma stetit —, ceterique milites:
Sic per Deum et per illos — facti sumus alacres.

9. Nam Crux Christi tunc fulgebat — sicut solis radius,
Que terrebat inimicos — ut acutus gladius;
Super illam volitabat — avis et pulcherrima;
Nam hæc fuit, sicut credo —, Iesu Christi nuntia.

10. Tunc hinc inde decertabant — milites fortissimi,
Cum vigore feriebant — sicut robustissimi;
Sed pre cunctis se habebant — Brixienses incliti,
Qui natura sunt potentes — atque nobilissimi.

11. Ingens clamor atque timor — miscebatur pariter:

Quidam autem et de nostris — fugierunt turpiter,
Suos cives relinquentes —, qui pugnabant fortiter;
Sed reversi cum rubore — sunt recepti dulciter.

12. Qui redire timuerunt — semper debent despici,
Et sint viles et abiecti — sicut tabernarii;
Non honore sublimentur — sed sint semper infimi,
Verecundi atque tristes — homines vilissimi.

13. O qua fronte te videre — possunt, bona Brixia,
Qui pugnare noluerunt — pro tam dulci patria,
Et se ipsos reliquerunt — suaque omnia;
Illos enim manet sola — verecundia.

14. Postquam diu est certatum — ab utrisque populis,
Et cum essent universi — magnis in periculis,
Inimici terga vertunt —, et ceperunt fugere,
Simul omnes concurrendo —, huc illucque cadere.

15. Illos autem tunc cædebant — Brixiani milites,
Una secum decertabant — nostri boni pedites,
Simul omnes, quos vorabant — ut leones pecudes,
Feriendo et prostrando — in aquarum gurgites.

. . . . . .

CLXXXI.

(An. 1191 — 3 maggio)

Bergamo e Pavia contro di noi.

Inedito 1.

Anno ab incarnatione Domini nostri iehsu Christi millexi-mo centeximo nonageximo primo. indictione nona, die veneris tertio intrante mense madii. in pallatio Papie in quo fit credentia Papie. presentia infrascriptorum testium. Talis concordia fuit facta et firmata inter *Papienses et Bergamenses* hoc modo scilicet. — Ego papiensis iuro ad sancta Dei evangelia quod ego bona fide salvabo et guardabo omnes Bergamenses et homines sue virtutis vel districti et eorum res per totam meam virtutem nec in sua terra vel districtu studiose offendam pro communi. Et ego faciam omnibus Pergamensibus et hominibus sui districtus rationem secundum quod inter

1. Archiv. Secr. di Cremona I, 40. — Stor. Bresc. t. V, p. 196 e seg.

nos et ipsos statutum et ordinatum fuerit. Et si Commune de *Mediolano* inceperit guerram supra Bergamenses et fecerit. Ego bona fide adiuvabo Pergamenses. et faciam vivam guerram mediolanensibus nec pacem nec recredutam nec treguam faciam de ipsa guerra sine parabola maioris partis consulum pergamensium vel potestatis qui pro tempore fuerit vel fuerint data in credentia Pergamensi ad campanam sonatam. Et illud idem faciam si Commune de Bergamo inceperit guerram et fecerit cum Communi Mediolano cum consilio maioris partis consulum Papiensium vel potestatis qui pro tempore fuerint vel fuerit habita in credentia Papie convocata ad campanam sonantem. et quoties guerra fuerit inter Bergamenses et Mediolanenses ut supra dictum est illud idem observabo ut supra legitur. Et si commune Mediolani cum communi *Brisciensium* iverit super terra Bergami ad offensionem terre Bergami eo tempore quo Papienses non habuerint guerram cum Mediolanensibus. ego bona fide si michi requisitum fuerit adiuvabo Bergamenses cum militibus meis secundum quod conveniens fuerit sine fraude. Et si Mediolanenses vel *Briscienses* habuerint guerram cum Bergamensibus ego vetabo mercatum et stratam Mediolanensibus et *Brisciensibus* et prohibebo et vetabo adiutorium et succursum ipsis Mediolanensibus et *Brisciensibus* per totum meum districtum. Item si Mediolanenses vel Briscienses guerram cum Bergamensibus non habuerint et vetaverint mercatum vel stratam Bergamensibus ego mercatum et stratam vetabo Mediolanensibus et Brisciensibus. Et ego tenebo stratas meas apertas mercatoribus et aliis hominibus Bergami. quod dictum est supra de mercato vetando et stratis Mediolanensibus et Brisciensibus et de guerra facienda Mediolanensibus ego adtendam infra unum mensem ex quo michi requisitum fuerit per consules Bergami vel per potestatem q. q. pro tempore fuerit. vel per suum nuntium. *nec fraude evitabo quando michi requiratur*. Et hec omnia suprascripta atendam et observabo bona fide et sine fraude. salva fidelitate domini imperatoris Henrici et salva concordia Cremone et *Cumanorum* et *Terdonensium* et *marchionum Malaspine* et si aliquid additum vel diminutum fuerit in concordia utriusque civitatis

id observabo et predicta omnia adtendam usque ad quinquaginta annos et omni quinquennio renovabo sacramenta si michi requisitum fuerit et faciam iurare potestatem vel consules futuros si potestatem habuero ita atendere. et quod faciet potestatem venturam vel consules futuros etc. . . . et faciam iurare singulos homines papiens. iurare hanc concordiam bona fide et sine fraude eis mantenere a septuaginta annis infra et a quindecim annis supra. Et bona fide dare operam ut firma teneat. hanc *enim* concordiam iuraverunt manu propria ad sancta dei evangelia dominus Albertus de Summo potestas papiensis a parte communis Papie in credentia Papie collecta ad sonum campane pro parabola etc....De Bergamo iuraverunt manibus propriis per sanctam dei evangelia Albertus Albertonus et Oprandus iudex de sancto Alexandro et Iohannes de Perthengo et eodem modo ad suprascriptam credentiam tenere suprascriptam concordiam firmam et ratam ut superius legitur et ut in brevibus concordie inde factis continetur. De Cremona iuraverunt per sancta dei evangelia manibus propriis Girardus de Summo consul communis Cremone. Guazo Albrigonus. Maltraversius de Madalbertis eodem modo ad suprascriptam credentiam tenere suprascriptam concordiam firmam et ratam etc.... Ibique fuerunt testes rogati domini Girardus Faber et Gaidoldus Tabixius iudices suprascripte potestatis papie. et Iacobus *Cantor* et Johannes Carianus et Artonus notarius papiensis. et Gubertus de Multis-denariis de Cremona. et suprascripti omnes qui supra leguntur. et multi alii.

Ego Avantius sacri pallatii notarius interfui etc. . . . .

CLXXXII.

(Anno 1165—1192)

Il vaso Mulone.

Inedito 1.

Alcuni *de loco Purziano* (1165) concedono a Caracosa badessa del monastero di Manerbio, di condurre un canale a *Mulone versus Monasterium.* Ivi presso, altro atto del 1192 relativo a quel canale.

1. Lucm, *Cod. Dipl. Brix.* carte 15 dell'originale Labusiano.

CLXXXIII.

(Anno 1192?)

Il castello di Rudiano.

Frammento

Inedito 1.

Ad repellendum autem damna et incendia et rubarias valde maximas Bergomentium et Cremonentium, per parabolam factam a Dno *Biatta de Pallatio*, amplificandum est Castrum de Rudiano, ita quod due turres sint in ampliatione ipsius castri et due ad pontem novum super Olleum, cum sufficienti militia ad electionem communis et populi Brixie.

CLXXXIV.

(Anno 1192 — 14 gennaio)

La ricognizione della Lega.

Inedito 2.

Il comune di Brescia assente ai patti convenuti fra esso ed Arrigo VI.

In xpi nomine anno Dom. incarn. mill. cent. nonag. secundo die martis quarto decimo die januarj ind. X. Cum Dnus Imperator. romanor. Henricus nos Syrum Salimbene judicem de Papia Passaveram judicem civ. Mediol. sue curie judices super discordiis et guerris et maleficiis que inter *Brixienses* et sua parte et Pergamenses et Cremonenses et eorum partem vertebantur ut sacramenta pacis et concordie ab omnibus hominib. illarum civitatum et possessionem castrorum de quibus controversia vertebatur vice sua reciperemus, et ut finem et pacem de prefatis discordiis et guerris et maleficiis vicissim fieri faceremus suos nuncios constituissent et factis utriusque juramentis et possessionem castrorum habita captivos utriusque partis faceremus absolvi et ea que ad pacem et concordiam illarum civitatum spectarent vice sua tracteremus ab Uguiciono de Buso potestate Cremone et Ato Consilio ejusdem civitatis, presentib. Boccassio de Manervio et Desiderio Judice Joanne Faba omnes de Brixia et *Aiordane de Vivario* brixiensis potestas et

1. Cod. Quirin. Pompe Eroiche di Bresc. del Rossi e del Luzzago, C, I, 18, pag. 50. — Storie Bresciane, t. V, pag. 226.

2. *Liber Poteris Brix.* Codice citato, carte 28, 29, e 30. — Storie Bresciane, tomo V, pagina 209.

ab omnibus de consilio Brixiæ presentibus Bono de Riboldis et Lafranco Stradeverto de Cremona et a consulibus Pergami et a toto consilio prefate civitatis assistentibus, ibi Stephano Boccardo et Ugone Busonis de Brixia sacramenta pacis et concordie secundum formam a jamdicto dno imperatore nostro nobis prefixa sicut in publico instrum. a Martino Philippi dni Imperat. not. facte continetur, concorditer receptum etc. . . . .

Deinde secundum ejusdem dni imperatoris mandatum de Novaria in castro Calepii presentib. Milone de Griffo consule Brixie et comite Guifredo de Martinengo et Martino Petenalupi ejusdem civit. clavibus jam dicti castri a jam dicto consule Brixie nobis ex parte imperatoris traditis existentibus ibi Ottebono de Amberzago consule Pergami et Alberto de Rivola ejusdem civitatis custodes posuimus. In castro vero Sarnego [1] de Vercell. *(sic)* possessione ab jam dicto consule nobis assignata in presentia suprascript. Pergami, similiter custodes misimus, exinde in castro Vulpini presentib. suprascripto Io. Faba et Ugone de Taxone etc.... et pro Cerethello et Cohalino Arogerio de Mosio et Beltramo de Rivola et Ottebono de Amberzago consulib. Pergami. et Alexandro de Alio, et Iohan. de Pedrego ejusdem civitatis nobis vice dni imp. assignata clavibus ejusdem loci et traditis viginti pedites de Vercell. ex parte dni imperatoris constituimus. Quibus omnibus ita pactis prefatum Ugotionem de Boso potestatem Cremone, et Pisoniam etc. . . . omnes de Cremona et Beltramus de Rivola et Ottebonus etc. . . . omnes prefate civitatis Pergami etc. . . . et comit. Azonem et Azonem Confanonerium et Joan. Fabam et Gulielmum de Oriana, et Albertum de Concesio et Petrum Petenalupum et Ioan. de Pontecarali et Milonem de Griffo *consules Brixie*. Ardricum de Sala et Io. de Guziacho, Boccacium de Minervio, et Ardizonem Confanonerium, et Oprandum de Martinengo, et Ugonem de Taxone, et Manuelem de Concesio et Albertum de Rodingo et Lafrancum de Lavellolongo omnes de Brixia et comites Lafrancum et Paganum et Guifredum de Martinengo in unum juxta *Rudilianum supra ripam fluminis Ollii* fecimus convenire, ibique in presentia infrascriptor. testium jam dictis omnibus consulibus Brixie et

1. Qui manca probabilmente la parola *Pedites Num* . . . .

Pergami et jam dicto Ugocioni potestati Cremone et ipsis Pisonio et Lafranco judicibus eis per sacramentum precepimus ut vicissim finem et pacem de omnibus discordiis et guerris et maleficiis et damnis occasione predicte guerre etc.... et sic prefatam finem et pacem inter se fecerunt et sic vicissim osculati sunt, ad quam pacem perpetuo tenendam et confirmandam penam mille marcarum argenti ex parte jam dicti dni imperatoris nostri imposuimus ut quecumque civitatum predictarum contra alteram partem prenominatam pacem rumpet quingentas marcas illi parti cui pax rupta fuerit, quingentas Camere dni imperatoris persolvat.

Subsequenter precepimus ut captivi omnes hinc inde absolverentur etc. (*omiss.*) . . . *(Siegue il patto della restituzione delle cose rapite e del rifacimento dei reciproci danni per quella guerra derivati).*

Interfuere dnus Gulelmus Ravenn. archiepiscopus et dnus eps Iohes Brixien. et Ioannes de Pallatio archidiacono Brixien. et magister Guallarius et Martinus clericus etc. . . .

Ego Passaverram imper. aule iudex cum jam dicto socio etc.

CLXXXV.

(Anno 1192 — 2 ottobre)

Il processo e la consegna di Volpino.

Inedito 1.

In nom. dni anno dom. incarn. milles. cent. nonag. secundo die veneris secundo die octubris in castro Vulpini in presentia infrascript. hominum parabolam ac licentiam dederunt dni Alberti Adhegerii civis Ferrarie et Syrus Salimbene de Papia Passaverra de Mediolano imperial. aule judices Mayfredo not. civis Papie ad suam partem et ad partem Jacobi Centum filii not. civitatis Mediolani in ipsa causa socii ejus qui supra Vulpini turrem tunc erat de circa seu de portiones testium circa possessiones Vulpini et ejus pertinentiis que vertebatur inter com. Brixie ex una parte, et ex altera parte com. Pergam. dictandi in actis publicis redigendi ita ut perpetuam finem etc. . . . .

Iacobus de Iseo iurat. dixit quod propter discordiam et guerram quam habuerunt Brixienses cum Pergamensibus venerunt

1. *Lib. Pot. Brix.* Cod. cit. carte 27, 28. — Storie Bresc. t. V, p. 213.

ad pacem et illam fecerunt ultra Muram inter *Telgatum* et *Palazolum* et ego illius paci interfui et ... Pergami finem de castro Vulpini et pertinentiis et dixit quod hoc fuit a XL an. inf. sicut firmiter credit et ab illo tempore infra tenuit comune Brixie et possedit ipsum castrum Vulpini quiete usque ad illud tempus quod Yseum fuit destructum per dnum Fridericum imp. et vidit per tres annos et plus. - Inter. q. scis hoc, R. Ego tenui ipsum castrum per com. Brixie per annum secundum meam partem et illi de Lacu similiter tenuerunt pro com. Brixie et Magizianus de sco Gervasio tenuit cum suis parentibus pro com. Brixie per q. Oldeprandum Bruxiatum similiter tenuit pro com. Brix. et multos alios vidi euntes et redeuntes qui tenebant ipsum castrum Vulpini pro com. Brix. per ipsos tres annos et plus etc. . . . . et postea com. Pergamus occupavit Vulpinum cum pertinentiis sic firmiter credit et fama comunis est totius terre quod tempore illo quo Yseum fuit destructum Pergamenses ceperunt Vulpinum, et dixit quod ab eo, tempore infra Pergamenses tenuerunt eum donec custodia per dnum Imperat. Henricum fuit in ipso castro posita, et dixit quod similiter scit quod a XL annis infra Brixienses habuerunt possessionem Vulpini per annos III et plus.

Albertus de lacu etc. dixit quod XXXI annos sunt qd ipse locus Yse fuit destructus per ipsum dnum imp. et tunc Pergamenses ceperunt castrum Vulpini et tenuerunt ipsum donec custodes per dnum Henricum imperat. in castro ipso Vulpini fuerunt posit.

Magnianus de s. Gervasio ... iur. dixit ... et XXX ann. fuerunt in sco Nazario proximo preterito quod ipsum castrum Pergamenses occupaverunt et quod Yseum fuit destructum et combustum per dnum imperatorem *(si omette il resto del lungo processo)*.

(1192, 2 *ott. carte* 34) ... in castro Volpini etc.... D. Albertus Adegerii consilio et parabola *del Salimbeni e del Passaguerra suoi compagni dichiara che dal processo risulta che il vescovo ed il comune di Brescia* (episcopum Brixie vel comune) a quadraginta annos infra per plures annos habuisse possessionem Vulpini: *e veduto l'istrum. di cessione fatta da* 40 *anni*

in su di quel castello ai Bresciani, aggiudica ad essi la terra, et claves tam turris quam dugnionis et castri ejusdem loci comiti Azoni et Guglielmo dno Oriane et Miloni de Griffo et Petri Petenalupo consulibus Brixie in concordia jam dictorum sociorum suorum tradidit. *Sieguono le lettere imperiali di Enrico a' suoi messi pel processo di Volpino.*

CLXXXVI.

(An. 1192 — 26 luglio)

L' accordo fra il Comune ed Arrigo VI.

Astezati 1.

Di questo accordo fra l' impero e la nostra città (oltre all' essere da parecchi recato) demmo assai larghi brani nelle Storie Bresciane, t. V, pag. 115 e seg.

CLXXXVII.

(An. 1192 — 23 giugno)

La ricognizione dell' accordo.

Inedito 2.

Previlegium concessionis facte com. Brix. per dnum Imp. Henricum.

In Xpi Dom. die martis VIII exeunte mense Iunii In pallatio cois Brix. in presentia horum hominum quorum nomina inferius scripta sunt. Lecta est cartula, hoc est cartula pacti et concordie dni Henrici Romanorum Imp. Brixien. que sic incipit.

In nom. dni etc. Nos . . . *Come dall' Astezati e nel* Liber Poteris *a carte* 11 *e* 12, *dove leggonsi le firme imperiali aggiunte in nota nella edizione dell' Astezati medesimo. Indi continua il* Liber Poteris *a pag.* 36, *ove riletto quell' atto di concordia prosegue:*

Autem predicta carta lecta et cum suis capitulis diligenter audita dominis infrascripti a dno Wuielmo de dna Oriana vice et nomine *Dni Azonis* comitis de Moso, et dni Milonis Griffonis seu aliorum suorum sociorum consulum cois Brix. qui ituri essent ad dnum imperatorem ad supra scripta perficienda... in-

1. Astezati, *Com. Manelmi de Obsid. Brix.* in principio, con ampie note. — Fu replicato dal Muratori in due luoghi. *Rer. I. S.* t. XIV, ed *Ant. Ital. M. Ævi,* t. IV, col. 465. — Mazzuchelli, Raccolta di Privilegi ecc. — *Liber Pot. Brix.* carte 11, tergo.
2. *Liber Poteris Brix.* carte 35 e 36. — Storie Bresc. t. V, p. 215.

terrogati respondere et dedere dno Wielmo consuli comunis et dictis aliis eius sociis qui ad dnm nostrum imperatorem ire debent p· ipsa concordia facienda parabolam ut eam faciant etc. . . . et si predicta sine alia adiuncta q. infrascripta invenientur perficisci non possent, illam adjunctam cum suprascriptis perficiant, nec propter adjunctam dimittant quia illud faciant. Que adjuncta talis est — Eas autem concessiones quas in tenore pacis fecimus, et non facimus *(sic)*, cum iustitia et ratione adjuvabimus eos manu tenens. — Nomina autem illorum etc.... *(come nelle Storie Bresciane, ove demmo l'intero elenco a pag.* 218, 219, 220).

Actum est hoc Anno dni MCXCII Ind. X.

CLXXXVIII.

(Anno 1193 — 11 luglio)

Il castello degli Orzi rifabbricato.

Codagli 1.

Il Consiglio di Brescia decreta la ricostruzione del castello appo s. Giorgio. — Noi vi daremo la chiusa dell'atto, che manca nel Codagli.

Actum est hoc in Civitate Brix. in Contione presentib. Comite Vuifredo de Martinengo d. Iovano de Gusago d. Gerardo Prandonum qui dicit. Lanzottus d. Imblavato de porta Matulfa d. Residio judice de porta S. Andree Alberto de Margotti Calzerio de Calcaria d. Obizone et d. Raymondo Ugonum d. Petro et d. Preposito de Martinengo et Petro et Alberto filijs d. Jacobi de Martinengo de Rutiliano de Villa d. Agino et Anselmo de Villa de Urceis Corniano de Villa Alberto de Amezonis de S. Gervasio d. Vidone Abiatico Abate de Glerolla et aliis in publica Concione presentib. die dominico undecimo intrante mense julii rogatus fuit Ambrosius, Vitoni notarius generalis hoc publicum instrumentum conficere Ego Petrus Brognolus . . . . . judex ordinarius factus ac missus regis constitutus interfui et rogatus a suprascript. Consulibus Comunitatis Brix. ut publ. etc. . . .

1. Codagli, Storia Orceana, Brescia 1592, pag. 15 dell'ind. secondo in fine alle due annot. — Storie Bresc. t. V, p. 220. — La parte inedita risulta dagli Statuti Munic. e dal *Liber Poteris.*

CLXXXIX.

(Anno 1192 — 27 luglio)

Il feudo imperiale di Asola.

Inedito 1.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis, et in honore Beatæ Sanctæ Mariæ Assumptæ. Henricus sextus divina favente clementia Romanorum Imperator et semper Augustus. Satis cognita ab arcani nostri Imperii sublimitate, et protectione eminentia nobilitatis, antiquitatis, et dignitatis Commendæ perpetuæ dictæ S. Mariæ Assumptæ extra, intraque muros terræ nostræ *Asule*, positæ inter agrorum Brixiensis et Mantuani nostrorum confines. Quæ Commenda perpetua antiquissima, et nobilissima Laica habet merum, et mixtum absolutum Ecclesiasticum Imperium in infinitum, filia hujus sacri, arcanique nostri Imperii, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ dilecta nostra, sic fundata, et dotata ex antecessoris nostri Henrici Imperatoris Augusti, Papæque Victoris secundi, Regentis tunc Sanctam nostram Romanam comissione. Multa fecit, *Vincilaus Vice Comes* Mediolanensis, Commendator perpetuus dictæ nostræ Commendæ in Synodia Florentiæ, illo multis insidiis, hominumque malorum in ea contra Ecclesiam invidia oppugnatus pro Ecclesiæ Dei defensione, laboribusque functus, creatus fuit Princeps noster aureatus, sicque successores Commendatores ejusdem in perpetuum, cum omnibus et singulis privilegiis etc. . . . . cum omnimoda potestate, auctoritate, jurisdictione, dominio, absoluto imperio, juribusque omnibus a nullo dependente mundano, aut Ecclesiastico titulo, vel quocunque magnam tenente dignitatem et auctoritatem. Quæ dicta tota Commenda perpetua cum suis duodecim Ecclesiis, beneficiis, omnibus mona-

1. Mangini, Storia di Asola. Manoscr. carte 21 e 22. — Codice 180 della mia Raccolta ecc. Un esemplare assai migliore mi fu per altro offerto dal gentile conte Carlo d'Arco, desunto probabil. dalle Schede del Visi, storico diligentissimo di Mantova: ed è questo esemplare che adesso vi riproduco. — Storie Bresciane, t. V, pagine 220, 221. — Un giovane asolano, sig. Domenico Giuseppe Bernoni, come a ricambio del po'che gli ho potuto suggerire intorno ad Asola, fu da me promettendomi parecchi documenti non so poi quali e di che tempo. Ad ogni modo, quando voglia tenerci le sue promesse, e' saranno pur sempre i benvenuti.

steriis Ecclesiasticis, et personis terrarum *Aquæ frigidæ, Casalium Podi, Mauri, Romani, Alli, Acquæ nigræ, Primi et Secundi Remetelli, Marianæ, Redondeschi, Castri novi,* et *Castri Guffredi* omnes sunt, et existunt sub absoluto dominio, potestate, auctoritate, imperio, jurisdictioneque dicti Commendatoris perpetui Principis nostri, et successorum suorum in infinitum. Ad quem Commendatorem perpetuum, nostrumque Principem, et perpetuam Commendam Ecclesiasticam dictæ Sanctæ Mariæ *de Asula* omni et quovis tempore, jus conferendi singulas Ecclesias, beneficiaque omnia existentia sub dicta Commenda perpetua Asulæ, et dictis duodecim Terris absolute spectat de sua antiqua jurisdictione, usu et consuetudine; suntque unitæ conjunctæ et ab ipsa inseparabiles Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ Carbonariæ, Sanctique Philastri de Curte Doxi Mosii* cum tota dicta Curte, existuntque de dicta Commenda perpetua omnia bona regonata ultra flumen Olei intra dictum, fossumque Delmonicum, et ex hinc alia bona, et cursio rivæ dicti fluminis ut in sua investitura de anno Imperiali MCXXXV absolutum imperium, et communem imperialem auctoritatem tenens dictus Commendator perpetuus, et noster Princeps super dictum flumen, rivas et aquas Olei cum fidelissimis nostris de Brixia. Qui dum simul et concorditer jus imperiale nostrum super id, et has exercuerint, sint clementia et gratia nostra Imperiali sine fodri regalis, nec marcarum aurearum missione, possintque hi comuniter, et uniti, sic, et non separati, nec e contra pro his solum nostra absoluta in perpetuum uti auctoritate imperiali, quia hoc prius concessum et ampliatum a glorioso Patre nostro Federico, felicis memoriæ Romanorum Imperatore humiliter requisito ob sua merita; a venerabili *Federico Ortobello* Mediolanense tunc, ut nunc Commendatore perpetuo, Principe nostro, dictæ Commendæ perpetuæ a Patre nostro dilecto, sicut nunc a Nobis cum strenuo fratre suo Vicario, et Arciano nostro, in Terra, et *Roccha nostra Magna Asulæ* Iudice Asulæ nostræ Imperialis: ita perpetuo raffirmamus, et concedimus. Quæ Commenda perpetua est de jure, electione, et creatione dicti Vicarii nostri, et Arciani, cum hominibus dictæ Terræ, et Rochæ magnæ Asulæ. Habens dictus Commendator perpe-

tuus Princeps noster dignitatem suæ Commendæ in dicta Terra, Rocha, duodecim scriptis Terris, Ecclesiis. Beneficiis omnibus, Monasteriis Ecclesiasticis, et personis dictarum omnimodam jurisdictionem, et auctoritatem, ut Archiepiscopi super Episcopos suppositos suis Archiepiscopatibus, et subditos etc. . . . . Et ut hæc huius declarationis, confirmationis et concessionis indulta existant in perpetuum, Majestatis nostræ sigillo roborata etc. . . . semperque deinceps etc.

Conradus Maguntinus Archiepiscopus. Guilelmus Archiepiscopus Ravennas. Henricus Camarciensis Episcopus. Gulielmus frater Ducis Saxoniæ. Godofredus Comes de Verusemgem. Rubertus de Durne etc.... et Arnoldus Placentinus, Corradus de Valchios et Canceturus et filius ejus imper. Asulæ (aulæ?) judices.

Acta sunt hæc anno, ab Incarnatione Domini M. C. XCII. indictione decima, regnante Dom. Henrico Sexto Romanorum Imperatore gloriosissimo, Anno regni ejus XXIII. Imperii vero secundo feliciter. Amen.

Datum apud Gehyuslengessen, Sexto Kal. Augusti.

In quanto alla Chiesa per altro di Acquanegra, che nel cit. documento farebbe parte della Commenda Asolana, vi giovi questa Bolla inedita del 1175.

Alexander pp quartus eps servus servorum Dei dilecto filio Hannibali Ugerio de Aquanegra sindico Comunitatis dictæ terræ salutem et apostolicam benedictionem.

Vitæ ac morum honestas etc. . . . . pro parte tua et Comunitatis Aquanigræ nobis nuper exhibita petitio continebat; quod dicta *Universitas Aquanigræ* in honorem Omnipotentis Dei ac Divi Thomæ quamdam Ecclesiam fundavit et erexit in pertinentiis Aquenigræ, unam *alli* (sic) *Bocellam* eidem providit Ecclesiæ in dotem et nomine dotis, hac lege et conditione acta, et non aliter, nec alio modo — si pro tempore statueretur et ordinaretur quod cesset jus perpetuum patronatus ita quod ipsa Universitas, seu consiliarii pro-tempore existentes non essent patroni ipsius Ecclesiæ, ac ipsius Ecclesiæ relictis et relictorum perpetue Universitas derogatum habuerit. Eo casu ipsa Communitas in bona ipsa Ecclesie assignata reverti posset, perinde ac si de dicta dotatione non fuisset facta mentio, et bona ipsa

assignata . . . . possessionem positam alli Bocellam cum suis ingressibus usque ad viam communem, sicuti et casamenta manentia a latere ejusdem Aquenigræ versus septentrionem; aliam petiam terræ cui dicitur *al Boschetto;* aliam petiam terræ versus *alli Meduli;* et alios redditus et proventus usque ad valorem librarum tercentum auri de Camera secundum communem extimationem. Quare nobis fuit humiliter supplicatum, ut in præmissis opportune de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque de præmissis certam notitiam habentes hujusmodi Ecclesiam in jus perpetuum patronatus confirmamus, ita quod ipsa Universitas Aquenigræ et Consiliarii Patroni nuncupentur, auctoritate apostolica statuimus et ordinamus, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis cæterisque contrariis quibuscumque.

Datæ in Anagn. Anno Incarnationis dominice MCLXXV anno sexto Pontificatus nostri die III januarii.

Devo alla cortesia del rev. prep. d'Acquanegra sacerd. Giov. Casnigi questo documento, ch'io trassi dalle sue diligenti *Memorie d'Acquanegra, fino al* 1500, nelle quali avverte che la Bolla esistente nell'Archivio Comunale è di difficile lettura: donde qualche probabile errore di trascrizione.

CXC.

(Anno 1193 — 28 ottobre)

Provaglio.

Inedito 1.

In Christi nomine. Die Veneris tertio exeunte mense Octobris. Presentia quorum nomina subtus leguntur. Controversia que vertebatur inter Bellotum Procuratorem et Clericum Plebis *Provalii* qui agebat nomine ipsius Plebis ex una parte et Maijfredum Clericum et Procuratorem Eccle s. Michaelis *de Sabio* qui agebat nomine ipsius Ecclesie ex altera: taliter pacto et tractatione in Dno Iohe Venerabili Brixien. Epo ab utraque parte dimissa est, sive tenore atque decisa. In primis facta fine inter eos ad invicem de omni eo quod inter eos ad invicem petebant sub pena. C. l. p. *(centum librar. planet?)* ab

1. Zamboni, Miscell. Ms. presso Lodrini. — Codice 131 della mia Raccolta. — Storie Bresciane, t. V, pag. 228.

utraque parte vicissim sibi stipolatione promissa pronuntiavit preceptum Pre Martini presbiteri et . . . . de Persaco et presbiteri Acerbi *Sabj* et Iohis de *Carescenda* de predictis ab eis factum de omni pondo et datie, et de crisma. quia per quatuor testes. Quod *illi de Sabio* dicti Offitiales debent solvere medietatem omni datie et omne pondus; quia cognovi per predictos quatuor testes, unde precipio vobis super dictam penam et illis de Sabio debeant solvere medietatem omni pond. et datie cum expensis; Item precipio q. illis de Provalio debeant aportare datiam ad Brixiam vel ubi debent unum annum, et illi de Sabio debent aportare alterum cum expensis: Item precipio *illis de Provalio* q. debeant aportare crismam unum annum cum suis expensis, et illis de Sabio debent aportare alterum annum cum suis expensis: Et si illi de Sabio noluerint aportare suum annum crismam vel datiam illi de Provalio aportent ad expensas illorum de Sabio: et si illi de Provalio noluerint aportare suum annum aportent illi de Sabio ad expensas illorum de Provalio. Ita precipio et dico semper faciat ita super dicta pena: et qui noluerit facere solvat penam alteri parti, pena soluta et breve permaneat firmum in sua firmitate.

Actum est hoc in Civitate Brixie super lobiam s. Martini Episcopatus: Anno dni Millo C. XCtertio. Indictione XI. Interfuere testes. Dnus Albertus nepos dno Epi et Dnus Albertus de *Prato alboino:* et prbr Martini Dni Epi et Lafrancus etc.

Ego Andrea not. aucte Dni Epi hoc breve scripsi, et rogatus interfui. *Et hoc fecit Dnus Epus per consilium sapientium.*

CXCI.

(Anno 1194—1195)

Frammenti del processo Leonense.

Zaccaria 1.

Se ne vegga la maggior parte nello Zaccaria, luogo citato. Altri frammenti noi ricordammo inediti e Quiriniani a pagina 238, t. V delle Storie Qui vi portiamo qualche brano più singolare. Come dai miei Cod. 62 e 131.

1. Zaccaria, L' abbadia di Leno - docum. XXIX, pag. 129 e seg.: citazione replicata per isbaglio nelle Stor. Bresc. p. 228 in fine.

Cod. Dipl. Quir. sec. XII, pag. 177. Perg. 93. — Albertus Rechenzonis de Buzolano in. t. certum esse q. eccl. sci Benedicti de Buzolano est fundata super allodium leonensis monasterii etc. . . . . Resp. etc. . . . .

Item dicit quod Marcoardus cum Brisia sub dictione regeretur exegit fodrum per Brisianam et per burgum superius de Buzolano, neque in inferiori burgo aliquam exationem fecit eo quod esset de abbacia.

Item dicit se audisse a suis antecessorib. q. locus de Buzolano erat universaliter dnor. de Buzolano (*parola cui sopra è aggiunta l' altra* Karavaso) q. illorum dominorum dedit leonense monasterio suam partem illi loci nomine proprio una cum ipsa ecclesia, et tunc abbas leonensis posuit monacos suos in ipso loco et edificavit castrum in eo loco et possedet ipsum locum et ecclesiam etc. — Algisius Tignosus tempore comitisse Matildis expulit monacos de dicto castro (*forse Alghiso da Gambara*).

N. 83 . . . ad dominum Offredum loco Platine et hoc fuit tempore scismatis.

N. 87. Reversus abbas de Varnicho dicit se vidisse q. tempore q. Teutonici combussere castrum et locum Gambare et etiam arbores decorticare . . . et ipsum locum desolare etc. . . . et actum est hoc . . . Boemorum. Inter. si monast. de Leno tunc igni traditum fuit. Resp. sic . . . q. vero in quodam conflicto q. nobiles Boemi fuere interfecti, indignatione moto ille exercitus monasterium et Leni castrum combussere etc. . . .

Un altro testimonio aggiunge, che distrutta Gambara, l'abbate si ritirasse a Gottolengo.

N. 88 . . . Mulier Ceresola nom. interfecit virum suum et ducta fuit a Sacerdote de Gambara ad *brisionem* ecclesie, et vidit quod canevam inde fecit in turre s. Petri. Item dicit quod vidit Raimundum Epum conservare ecclam de Gambara etc.

Cod. Dipl. Quir. sec. XII, p. 177. Perg. 91. — Interr. de ficto *dominor. Aimonum* in cartula scripto, et nominatim de se et fratri suo eo quod scripti sunt in cartula illa. Respondit numquam dedi eis fictum neque scio fictum eis datum fuisse ab hominibus de Leno. Interogato si Gerardus Vezoli colligebat suptis dominis fictum vel reditum, respondit non est dubium quod ipse Gerardus nunc sunt X ann. dixisse patri meo quomodo dni de *Aimones* volebant auferre ei terram illam et in eam deducere etc. . . .

N. 92. Capitanei de Gambara tenent Gambaram a monasterio etc. . . . . Ajulfo de *Cocalio* Int. si eccl. de Milzanello est de Plebatu de Leno etc.

Consul Scopardo de Carzacho iuravit test. se scire quod pater ejus fecit venire presbit. Petrum de Ramethello in ecclesia de Carzacho . . . et dicit XXV ann. esse et plus quod dni de Buxolano expulere ipsum presbiterum de jam dictam eccl. eo quod noluit ibi stare per Albertum etc. . . . . et quod testes morabat in Garda cum dno *Turisendo* (*il famoso feudatario).*

Scio quod vivebat *abbas Honestus* qui apud *sanctum Cipricanum in Venetias* tunc stabat etc. . . . tempore dni Laffranci abbatis.

Mi sono limitato a qualche passo un po' singolare delle pergamene suddette, costituenti la parte inedita dell' intero Processo, perchè il darvelo tuttoquanto, oltre alla sua poca importanza, avrebbe usurpato il luogo a documenti di ben altra entità. Chi per altro volesse fare un' appendice alle dotte opere dei pp. Luchi e Zaccaria sul monastero Leonense, non dovrebbe dimenticarsi del Processo Quiriniano. Si compone di alquanti brani di pergamene segnati da mano più recente, con numeri che alludono ad altri omai smarriti. Tuttavolta l'edizione di questi sarebbe importante alla storica monografia delle terre che pur si nomano in esse, ma più forse a quella del diritto ecclesiastico e civile del secolo XII ed agli atti giuridici che lo riguardano.

CXCII.

(Anno 1194 — 19 aprile)

Restituzione fra Cremonesi e Bresciani d'alcune terre.

Inedito 1.

Anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo quarto indictione duodecima die mercurii qui fuit undecimus dies exeunte aprili . . . . . presentia Tiraboschi . . . . . Pontisvici Prosperi Pradolei. . . . . de Dovaria et domini Anselmi de Ber . . . . . Guarrini de . . . . . de Brugnolis notarii. rogatorum testium. dominus Rogerius de Avocatis consul civitatis Cremone et dominus *Desiderius consul civitatis Brixie* ambo in concordia dixerunt quod volebant restituere et parati erant ad restituendas *(qui manca al maggior uopo la pergamena)* . . . . . civitatis Cremone et civitatis Brixie et episcopatus et districtus earum quas perdiderant occasione guerre et ita restitui preceperunt salvo iure et ratione possessionis et proprietatis . . . . . ac usantiis utriusque partis et in communi et indiviso. Signa ✠ ✠ pro manibus suprascriptorum consulum qui de hoc cartam scribere rogaverunt ut supra.

Ego Petrus iudex et sacri palatii notarius interfui et rogatus de hoc cartam scripsi.

CXCIII.

(Anno 1192 — 10 aprile)

Gli Arimanni dei Conti di s. Martino.

Zaccaria 2.

Elenco di feudi Leonensi, ov'è ricordata la casa dei monaci di Leno in *Rua apud Castellum Brixiæ* ed il castello di *Calvagese,* ov'erano Arimanni che tenean ragioni dai Conti di s. Martino.

1. Arch. Secr. di Cremona - K, 47.
2. Zaccaria, Badia di Leno, documento XXVII, pagina 128. — Storie Bresciane, t. V, p. 230.

CXCIV.

(Anno 1194 — 3 giugno)

Il diploma Leonense di Arrigo VI.

Zaccaria 1.

Con cui riconosce i privilegi e le proprietà dei monaci di Leno. — Il diploma è dato da Piacenza.

CXCV.

(Anno 1194 — 21 febbraio)

La Chiesa di Vesia.

Inedito 2.

Ego Girardus de Flesso S. Palatii not. autenticum Instrum. prev. vidi etc. in camera sua *(Eps. Ioan.)* que est justa Ecclam S. Trinitatis uno die lune octavo exeunte mense Februarij presentib. D. Ioan. Archid. et Archipresb. Teodaldo Majoris Eccle et D. Ioanne Abb. S. Petri in Monte, et D. Laffranco abbate S. Eufemie et presbitero Martino plebis Iduli . . . . anno dni millo centesimo nonagesimo quarto. Ind. XII.

In nomine Domini die lune octavo exeunte mense februarj . . . present. . . . sup. d. Ioan. dei gra. Brizien. Epus . . . confirmamus cartam factam seu previlegium per d. Oldericum quondam Eccle Brixien. Epum in Eccla S. Ioan. et S. Martini de Vezzia, et confirmando quartam de Vezzia sicut in illo previlegio seu carta continebatur in ipsa Eccla S. Martini . . . . Ita ut officiales ipsius Eccle s. Martini habeant illam potestatem . . . baptizandi, ceremoniandi et olivas dandi et Litanias faciendi et omnia alia faciendi sicut in illa carta seu previlegio continebatur . . . Actum est hoc anno Domini millo centesimo nonagesimo quarto. Ind. XII. Fuere ibi presb. Martinus de Plebe Iduli. Cetus de Baxano, Joan. clericus de Gusago et Luca de Gusago.

1. Zaccaria, Op. cit. doc. XXVIII. — Murat. *Ant. Ital.* t. I, col. 843. — Stor. Bresc. t. V, p. 231.

2. Luchi, *Codex Diplomaticus Brixiense,* carte 39 dell'esemplare Labusiano.

CXCVI.

(Anno 1194)

La Chiesa di Montechiaro.

Pennotto 1.

Papa Celestino III le concede una Bolla di riconferma de' suoi privilegi.

CXCVII.

(Anno 1194 — 31 ottobre e 27 febbr.)

Il fiume Virola e l'acqua di Galbizeno.

Inedito 2.

1° *Atto*. . . . . que terra iacet in pertinentia Ustiani sive Rumuldesci ubi dicitur Imprunesco sive ad fontanam per quam currit aquam Galbizeni.

2° *Atto*. . . . . petias duas de terra q. iacente in loco Virole vetule — Prima iacet in Montecucco coeret . . . a meridie flumen Virole etc. . . .

CXCVIII.

(Anno 1194 — 24 febbraio)

Scovolo.

Tiraboschi 3.

L'abbate Nonantolano dona alla Chiesa di s. Silvestro di Nogara parecchi beni sul lago di Garda *in episcop. Veronensi et Brixie in Scovolo*, castello benacense di cui vi parlammo altrove, e che fu patria di Paderno console di Brescia ne' primi anni del secolo XII.

CXCIX.

(Anno 1194 — 20 aprile)

La concordia col Marchese di Monferrato.

Inedito 4.

Il dotto Affò nella Storia di Parma, t. III, pag. 302, doc. V, non pubblicava di questi atti importantissimi, per la storia di sette città lombarde, che poche linee del principio. Credo che tutti mi saranno grati dell'intera edizione.

1. Pennotto, *Hist. Tripartita S. Ord. Cler.* Roma 1624, car. 611.
2. Luchi, *Cod. Diplom. Brix.* pag. 113 e 115.
3. Tiraboschi, L'Abb. di Nonantola, t. II, pag. 321, documento 373. — Storie Bresc. t. V, pag. 231.
4. Archivio Secreto di Cremona; G, 73; G, 66; G, 69, che noi riuniamo sotto un numero solo.

In nomine domini. Ego Trush. legatus domini Imperatoris precipio sub vinculo sacramenti *Mediolanensibus. Brixiensibus. Placentinis. Cesariensibus. Pontremolensibus et Cremensibus. Clavennensibus Domasio et Grabadone.* cunctisque locis et hominibus. ad eorum partem pertinentibus. ut firmam pacem iurent servare et observent in antea inviolabiliter Marchioni Montisferrati. Papiensibus. Cremonensibus. Laudensibus. Pergamensibus. Cumanis totique eorum parti. *exceptis Parmensibus et Marchione Murovello* et fratre ejus *Alberto.* de omnibus maleficiis et dampnis datis et omnibus ablatis tam pro comuni quam pro diviso tempore guerre. et ut eis finem faciant hanc pacem iurent tam ipsi quam omnes homines et loca de eorum parte a quibuscumque recipere voluerit sacramentum pars adversa. Item precipio ut dampna data si iam certum est vel preterquam certum fuerit sine fraude quod data fuerant restituant omnia secundum formam treguarum que date fuerunt a proxima dominica die usque ad XV dies. Post hec quicumque voluerit querimoniam facere de Castellis. terris. vel possessionibus iurisdictionibus aut districtis coram me vel coram iudicibus quos dominus Imperator vel ego ad hoc constituerimus conquirantur et iusticiam plenariam accipiant. In quibus omnibus salva sit utrique parti omnis sua iusticia. Item precipio sub vinculo sacramenti ut hec sacramenta iurentur ab omnibus a prefata die dominica usque ad XV dies. Et si qua persona vel locus de civitate Mediolani sive *Brixie* sive *Placentie* vel de episcopatibus et districtis eorum ad hunc terminum non iuraverint nisi forte iusta et manifesta occasio impedimentum ei facerent ipsa civitas de cuius episcopatu vel districtu est illa persona vel locus in pena componat quingentas Libras Imperialium domino Imperatori et michi infra XV pquam fuerit requisita. Quod autem dico de persona bona fide et sine fraude. Si vero alia persona de locis capitalibus. scilicet de Cesarea. Pontremoli. Crema. Clavenna. Domasio et Grabedona vel de locis qui sub eis sunt hanc pacem non iuraverint ad predictum terminum. ipse locus capitalis sub quo est illa persona vel locus in pena componat domino Imperatori et michi C Libras Imperialium similiter infra XV dies postquam inde

fuerit requisitus. hoc item dico de persona bona fide et sine fraude. Insuper ego captivos eorum per quos vel in quorum districtu hec facta fuerint tenebo donec sacramenta conpleantur et pena persolvatur. Item precipio sub sacramento quod si qua harum civitatum vel etiam Cesar. vel aliquis locus aut persona sub ipsis consistens hanc pacem violaverit et infra VI ebdomadas non restituerit ipsa civitas sive Cesaria in pena componat domino Imperatori mille marcas argenti. Si autem de locis capitalibus scilicet de Crema. Pontremolo et Clavenna. Domasio et Grabadona vel de his qui sub eis consistunt hec pax fuerit violata et non fuerit infra VI ebdomadas restitutum ipse locus capitalis in pena componat domino Imperatori centum Marcas argenti. Item precipio sub iuramento quatenus si qua civitas vel capitalis locus sicut supradictum est restituere noluerit infra VI ebdomadas. pacem violatam. omnes alie civitates sive loca de societate illius nullum auxilium vel consilium ei feratur contra partem adversam si forte contigerit ei guerram inde pervenire donec emendatum fuerit et satisfactum. nichilominus tamen penam prefatam persolvet. Item precipio sub sacramento quatenus Parmenses et Marchionem Murruellum atque fratrem ipsius Albertum habeant per suppositos banno imperiali. nec auxilium nec consilium eis prebeant. quousque preceptum domini imperatoris vel meum super hoc recipiant. Item precipio ut omnes possessiones qcumque ablate sint tempore guerre infra XV dies a prefata die dominica restituantur salvo eo quod superius dictum est de Castellis. villis. possessionibus. iurisdictionibus et districtis. Item precipio ut Laudenses. Widoto cum sociis suis qui a Lauda recesserant. similiter firmam pacem iurent et servent et finem faciant et omnia observent. secundum tenorem suprascriptum. sicut et aliis hominibus locis et civitatibus. salvo unicuique iure suo in aliis. Et ipse Widotus suique socii similiter hoc idem iurent Laudensibus. Ipsi autem Widotus et socii eius teneantur sicut de iure debent bona sua sita in episcopatu laudensi salvo unicuique iure suo. Sic autem statuo hec precepta et iuramenta ut in nullo noceant vel derogent concessionibus vel privilegiis qcumque dominus imperator alicui con-

cessit. Consules omnes sive potestates iurabunt quod hec que predicta sunt observabunt bona fide et facient alios de civitatibus locis et terris suis idem iurare et operam dabunt bona fide ut ab omnibus observentur. alii vero iurabunt quod ipsi hec que predicta sunt observabunt bona fide et operam dabunt ut observentur. Dat. Vercelli anno dominice incarnationis M. C. LXXXX. IIII. XII madii (*forse* XII Kal. mad.).

In nomine domini. Ego Trush. legatus domini imperatoris precipio sub vinculo sacramenti Marchioni Montisferrati, Papiensibus. Cremonensibus. Laudensibus. Pergamensibus et Cumanis. cunctis locis et hominibus ad eorum partem pertinentibus. exceptis Parmensibus et Marchione Murr. et fratre eius Alberto. ut firmam pacem iurent servare et servent in antea inviolabiliter Mediolanensibus, Brixiensibus. Placentinis. Caesariensibus. Pontremulensibus. Creme. Clavenne. Domasio et Grabadone totique eorum parti. de omnibus maleficiis et dampnis datis. et omnibus ablatis tam pro comuni quam pro diviso. tempore guerre. et ut eis finem faciant hanc pacem iurent tam ipsi quam omnes homines et loca de eorum parte a quibuscumque recipere voluerit sacramentum pars adversa. Item precipio ut dampna data infra treguam si jam certum est vel preterquam certum fuerit quod data sint sine fraude omnia restituant secundum formam treguarum que date fuerunt. ab hac die usque ad XV dies. Post hec quicumque voluerit querimoniam facere de castellis. terris. possessionibus. iurisdictionibus et districtis. coram me vel coram iudicibus quos dominus imperator vel ego ad hoc constituerimus. conquiratur et iustitiam plenariam accipiat in quibus omnibus salva sit utrique parti omnis sua iustitia. Item precipio sub vincula sacramenti iurentur ab omnibus a predicta hac die usque ad XV. dies. Et si qua persona vel loco de civitate Papiensi Cremonensi Laudensi Pergamensi Cumanensi sive de episcopatibus aut districtis eorum. ad hunc terminum non iuraverint etc. . . . .

L'atto continua conformemente al già recato, di cui sembra una replica riferibilmente a coloro cui la sentenza è diretta. Termina poi = Alii vero iurabunt quod ipsi hec que predicta sunt observabunt bona fide et operam dabunt ut observentur. Preterea

ne qua fraus adhibeatur precipio ne Guillelmo filio Murr. Marchionis quatinus non sit in banno conscilium vel auxilium contra partem adversam prebeant quousque preceptum domini imperatoris et meum inde recipiant. Datum Vercellis. anno domini incarnat. M. C. XC. IIII. XII. Kal. Madii.

Ego Trusb. sacri imperii legatus in Italia. Notum esse volo universis imperii fidelibus ad quos hec pagina pervenerit. quod me existente Laude in palatio domini episcopi. Anno domini Millesimo centesimo nonagesimo quarto. XVII die mensis madii scilicet die martis. Cremonenses consules: Videlicet. Jacobus Surdus et Albertus de Summo. Anzelerius quoque de burgo et Talamatius iudex in presentia nostra ex precepto meo iuraverunt pacem firmam tenere Mediolanensibus. *Brixiensibus.* Placentinis et toti eorum parti in eadem carta in qua nuncii aliarum civitatum coram nobis in curia celebrata Vercelli iuraverunt. et quam nos de pace ordinavimus iuranda et tenenda. Preterea sicut et alie civitates coram nobis Vercelli feceran'. sic et ipsi Cremonenses consules. Iacobus surdus videlicet. et Albertus de summo osculum pacis dederunt consulibus civitatum adverse partis nomine communis eorum scilicet Gotecino Manerio. et Rugerio de Bulato consulibus Mediolani *Iohanni q. de Gussiaco consuli Brixie.* Uberto nuntio placentino. Benzoni q. consuli Creme. Et ego precepi quod nuntii civitatum proximo sabbato venirent Cremonam precipiendis illis sacramentis. precipiens sub sacramento quod stati (*sic*) sequenti die dominico. scilicet Cremonenses inciperent iurare sacramenta donec complerentur. Preterea eodem in loco nuncii civitatum adverse partis qui aderant iuraverunt similiter in eadem carta eandem pacem servare Cremone et Pergami. videlicet de *Brixia: Iohannes de Gusago. Aposatius advocatus. Bonapax Faba. Petracius de Nuce* de Mediolano: Gotecinus Maynerii. Rogerius de Bolate. Lotherius Medicus. Aliprandus Judex. Passaguerra Judex. Iacobus Maynerii. De Crema Benzonus consul et Basavetula.

Hec facta sunt et scripta die martis ad vespera ut dictum est. Sequenti vero die mane scilicet die mercurii statui ut a Cremonensibus sacramenta illa compleantur bona fide a pre-

dicta dominica ad VIII. dies sub pena que in carta pacis scripta est. Ut autem hec in posterum pateant sigillo meo feci communiri.

CC.

(Anno 1195 — 7 ottobre)

I privilegi del castello di s. Giorgio.

Inedito 1.

In Xpi nomine die Sabati septimo intrante octobris in laubia lignorum communis civitatis Brixie d. Petrus Villani consul major Brix. presentibus sociis d. Manuello de Concesio, d. Alberto de Lavello longo et d. Alberto de Salis et d. Gorzono de Gambara consulibus et confirmantibus judicans talem dedit sententiam et taliter dixit ut illi homines q. nuper seu tempore constructionis loci acquisivere domos in castro S. Georgi et adhue sunt et qui panem et vinum in eis incanevant et qui cum uxoribus et filiis in jemali tempore in eis morantur atque caraticos et cetera condutia illius castri una cum aliis castellanis illius castri subentur que ad utilitatem illius castri pertinent et vardas et scaravaytas faciunt secundum preceptum potestatis illius loci etc. . . . habeant et sint pari condictione et libertate cum aliis vicinis etc. . . . Actum est hoc anno Dni MCXCV indictione III decima. Interfuere d. Ioannes de Gusago potest. tunc s. Georgii et d. Obizio de Ugonibus et d. Ioannes de Bernardi et d. Idelardus Mercator etc. . . .

CCI.

(Anno 1195 — 29 luglio)

Un atto della Società Lombarda.

Muratori 1.

È sottoscritto: *de Brixia a Balduino de Salò*, Rettore della *Societ. Lombardiæ*. Intervenivano anche *de Brixia Gualterius Calcaria, Desiderius judex, et Guilielmus de Sala.*

1. Codice Membran. A dell'Archivio Municipale, pag. 87. — Storie Bresciane, t. V, pag. 235.
2. Murat. *Ant. Ital.* t. IV, col. 486. — Storie Bresciane, tomo V, pagina 236.

CCII.

(Anno 1195 — 3 luglio)

La concordia tra Ferrara e Brescia.

Muratori 1.

Accomodata fra i consoli di Ferrara e Manuele Concesio e Gratacollo console dei Mercanti di Brescia, *consul Mercatorum Brixiæ.*

Anno MCLXXXXV die III introeunte mense Iulii Ind. III. Super Pallatio Comm. Ferrariæ etc. . . . ut dilectio et firma amicitia manuteneatur inter Civitatem Brixiæ . . . . et civitatem Ferrariæ . . . nos Salinguerra Ferrariæ potestas . . . . volens, si qua perperam sunt gesta inter Brixienses et Ferrarienses ad bonum conducere, cum per sapientes Ferrariæ scilicet per Ottolinum Mainardi et Albertum de Lusia qui . . . . . iverunt Brixiam ad statuendum cum Consulibus Brixiæ et Communis et Mercatorum de discordia inter Brixienses et Ferrarienses de rationibus Ferrariensium et Brixiensium etc.

Unde venientes Manuel de Concisio Consul Comm. Brixiæ et Albertus Gratacollus Consul Mercatorum Brixiæ et Inverardus de Gussiago et Iacobus de Omis Nuntii et delegati a Comuni Brixiæ etc. *i rappresentanti Ferraresi* fecerunt finem in manibus Manuelis Consulis etc. de omni eo quod possent agere vel dicere contra Commune Brixiense . . . . . exceptis Dominis de Bugizolis *(Bedizzole?)* quod non debent eos inquietare vel aliquod malum eis facere. *Si conviene poi* quod si aliquis de civitate Ferrariæ contractum vel creditum cum aliquo Brixiense fecerit non debet inquietare aliquem de Communi vel de Mercatoribus nisi cum quo contraxerit vel cui crediderit.

CCIII.

(Anno 1196 — 15 agosto)

La corte di Gargnano.

Inedito 2.

In Xpi noie. Cum hoc esset quod q. Ven. in Xto pater dns Iohes divina gra Brixien. Epus. investiverit cum omni ho-

1. Murat. *Ant. Ital.* t. IV, col. 419 e 420. Replicato alla col. 704.
2. Luchi, Note autografe alla *Brix. Sacra.* Cod. Quirin. C, I, 31 — e Cod. XXX della Raccolta Ducos. — Stor. Bresc. t. V, p. 237.

nore q. dnum Pizinum Comitem et dnum Egidium Comitem et dnum Vizolum Comitem de loco *Gargnani* et Curte illa . . . que predicta fuere die sabati XV exeunte augusto MCLXXXXVI Ind. XIIII, et cum post predicta dnus Raymundus fil. q. dni Conradi q. *Comitis Gualfredi* de *Marcharia* per se et noie et vice dne Belesende matris sue et Guizardini et Antonioli frum ipsius Raymundi fil. q. dicti dni Conradi. et cum dnus Segator fil. q. dni Bonifacii q. predicti Comitis Gualfredi de Marcaria pro se et noie et vice dne Caracose eius matris . . . ac noie et vice Iohis fris ipsius dni Segatoris . . . In presentia ven. patris dni Cavalcani de Salis Brixien. Epi fecerunt venditionem in (*nei sindaci della comunità di Gargnano di tutte le ragioni spettanti ai detti Conti*) et specialiter de decimasexta parte omnium eorum quæ spectabant et spectant ad oes comites de domo Comitis Ugonis et de domo que dicitur Comitum Longorum in predictis terris et terretoriis etc. (*di Gargnano*). Que predicta fuerunt die martis tertio exeunte febr. MCCLVIII. Ind. I etc. (NB. *L' Istrumento è del* 1336 Ind. IV die XVIII mensis octubris).

CCIV.

(Anno 1196 — 12 aprile)

Le concubine del chierico Zenebello.

Inedito 1.

. . . Die Veneris XII intrante Aprili in caminata que est a mane ecclesie *S. Trinitatis* episcopatus Brisiæ presentibus dom. Iacobo electo archidiac. Brisiensi et dom. Alberto presbitero Pontevici et dom. Alberto nepote q. dom. episcopi testibus hujus rei. Dominus Iohannes divina provvidentia episcopus Brisiensis precepit per sacramentum quo in presenti fuit confessus se jurasse stare dictis suis mandatis. Zanebello de Pesceris clerico plebis Casteioni. presente domino Martino illius plebis archipresbitero et quibusdam aliis suis confratribus. ne de cetero . . . . *manca una parola che termina in* et *o* at (convivet?) cum Evikeza et Sibilia concubinis suis. nisi forte aliquam il-

1. Archiv. Secr. di Cremona. K, 7. — Storie Bresc. t. V, p. 237.

larum in uxorem acceperit. Item eidem Zanebello sacramento eodem precepit ne de cetero prefatam plebem usque ad tres annos completos pro beneficio aliquo hujus plebis habendo impediat. nisi de verbo et licentia prefati dom. episcopi. Actum est hoc anno domini M. C. nonagesimo VI. Indictione XIV. Ego Augustus de Nauis dom. Henrici imp. notarius interfui et verbo suprascripti dom. episcopi hanc cartam scripsi.

CCV.

(Anno 1196 — 20 gennaio)

È vietato a Crema un podestà bresciano.

Inedito 1.

In nomine Domini. Anno dominice nativitatis millesimo centesimo nonagesimo sexto. Indictione quartadecima. die dominico terciodecimo Kalendas februarii apud burgum sancti Donini in ipsa ecclesia sancti Donini. Nos Conradus Dei gratia hildesemsis ecclesie electus imperialis Aule cancellarius et totius Ytalie et regni Sicilie et Apulie legatus. Precipimus sub vinculo et debito iuramenti Cremonensibus ut firmam et stabilem treguam inviolabiliter observent Mediolanensibus et Cremensibus et universe eorum parti usque ad triginta dies post introitum domini imperatoris in Ytaliam etc. *(omiss.)* . .

Preterea precipimus ut alii captivi a vinculis et carceribus eximantur et remotis gravibus et superfluis expensis custodiantur. Si vero tam pauperes fuerint quod custodes tenere non possint in decenti custodia teneantur. Preterea precipimus ut si qui dare voluerint idoneos obsides. permittentur. et ire ad tempus permittantur. Precipimus quoque *Brixiensi* qui est potestas Cremensis ut nuncio nostro usque ad dominicam proximam prestet iuramentum quod fecit alia potestas eiusdem loci pro servandis mandatis nostris. Quod si usque ad diem illam hoc non fecerit precipimus Cremensibus ut removeatur eum et nullum alium eligant. qui hoc sacramentum non faciat infra quinque dies ex quo intraverit potestariam. hec autem omnia edicimus reservata domino imperatori et nobis potestate. Ut

1. Archiv. Secr. di Cremona D, 3. Vietato dunque a Crema, non a Cremona, come temo aver detto altrove.

quod ad presens propter temporis brevitatem complere non possumus. dominus imperator vel nos vel nuncii quibus hoc commissum fuerit subplere valeamus sub factorum iuramentorum securitate. Precipimus insuper ut strate secure sint. et nullus ambulans per eas ab aliquo debeat impediri . . . . . .

Ita predictus dominus Conradus hanc cartam fieri precepit....

Interfuerunt dominus Ubertus Mediolanensis archiepiscopus. Dominus Albertus Vercellensis episcopus. Dominus Opizo Parmensis episcopus. Novariensis episcopus. Dominus Lafrancus Bergamensis episcopus. Dominus Otto Bubiensis episcopus. Sic Salimbene. Bertramus Salimbene. Arnaldus Strictus. Albertus Struxius de Cremona. Passaguerra Mediolanensis. Otto cendadarius. Lafrancus de via de Cumis. Imperialis curie iudices. Thomas castellanus de nono. Engilerius de burgo. Francescus de Placentia. atque Petrus Ranfredus Papiensis testes.

Ego Martinus Filippi imperialis aule notar. hanc cartam etc.

CCVI.

(Anno 1198 — 11 agosto)

La pace fra Bresciani e Bergamaschi.

Inedito 1.

In nom. dni etc.... hec est concordia et recordatio concordie . . . facte inter Brixienses et Pergamenses. In primis etenim Brixienses debeant dare Pergamensibus libras CCCC imper. pro medietate totius compere et aquisti Vulpini et curie Vulpini q. facte a Bruxiato Pergamensib. et pro medietate illius quod dedit Pergamensibus quod habebat in curte Gorzolii et Herbanni et Pergamenses p. illa quantitate pecunie debeant Brixiensib. dare et relinquere illam medietatem prefate compere et acquisti etc.... Ad hoc debeant Vulpinum terras videlicet et Dugnonum et Cerethellum et alia castra . . . expensis tamen equaliter utriusque civitatib. destrui scilicet Cerethellum et Coalinum et medietas Gorzonis etc.

Si omettono altri accordi in caso di questioni per differenze che potessero accadere sull'altra metà di Gorzone.

1. *Lib. Pot. Brix.* car. 14, 18, 19, 226, 242. — Stor. Bresc. t. V, p. 240.

Item Pergamenses debeant comuniter restituere usus et possesiones castri et loci infra duos dies priusquam destructi fuerint. tantum de Vulpino et Cerethello sufficere videntur dnis Iohis de Calipino et Vizario de diacono prius ab eis prestato Sacramento comunis Pergami scilicet de attendendis preceptis Com. Pergami et consilium et aliorum missorum Com. Pergami sicuti jurant et consueti sunt jurare Comites de Curtenova et comes Goizo de Mozate et ipsis absolutis prius a comuni Brixie ab omni vinculo etc. . . . .

Que absolutio prius fiet quam iuretur etc. . . . et consules comunis Pergami et consilium credentie comunis Pergami debeant esse confessi et debeant manifestare quod fecerunt pacem et finem comuni Brixie et sue parti et specialiter comitibus *(de Curtenova et comes Goizo de Mozate)*, et quod Sacramento teneantur servare dictam pacem.

Similiter restitui debeant ecclesie et omnes alie persone in suis possessionib. etc. . . Insuper Pergamenses etc. . . . non levabunt aliquam forticiam vel locum apertum ad faciendam forticiam nec adquirere nec levari facient in virtute Brixie ab his confinib. qui civitati Pergami de predicta compera et aquisto advenerunt usque ad Ruthianum.

Lo stesso promette il comune di Brescia dal canto suo *usque ad Ruthianum.* — Promettesi ancora che nessun bandito dell'una parte o dell'altra verrà ricevuto nei rispettivi confini.

Preterea cornum Vulpini distruatur quo usque distrui posse convenienter et cum expensis equal. civitatib. ut supra etc.

Omnia autem supradicta concordia et capitula etc. . . . . fecerunt cons. Brix. Iohannes de Calapino et Petracius de la Nuce iudex. et Lafrancus de Pontecarali. et Millo sci Gervasi. nom. Com. Brix. Et cons. Bergom. etc. . . . et insuper ex parte Brixie ibidem similiter iuraverunt . . . infrascripti homines qui erant consules. videlicet Desiderius iudex. Petrus de Villano iudex. Oprandus de la Cruce. Giroldus de Salis. Manuellus de Concesio. Guglielmus de Lacu. Patricius Omezolus. Lanterius de Garza. Bordigacius Bazar de Turbiado. Arucrius de Salis. Maifredus dni Bucii. Stefanus de Turbiado. Bosadrus de Ponteca-

rali, Menelaus Confaloncrius. Iohan. de Gussago. Ex parte Pergami etc. . . .

Actum est hoc die martis XI intr. mense augusti. In prato sci Petri de Valico sub quadam Nuce. Anno dni MCLXXXVIIII *(sic)*.

CCVII.

(Anno 1199 — 17 luglio)

La procura per la guerra coi Milanesi.

Inedito 1.

Die quodam mensis iulii que fuit dies septimadecima intrante ipso mense. In civitate pergami. In palacio communis pergami magnifredus de Ialio. presbiter bedischi. bertramus et albertus de rivola. Giselbertus de monticello. et federicus colioni. Guala de petringo. et Barianus de manervio consules maiores communis pergami nomine ipsius communis habita parabola maioris partis credentie communis pergami ad campanas et precones convocate fecerunt suos missos et missos communis pergami dominos bravum de avostis et busium de giroldis imbaxatores cremone prorogandi terminum domino cremosano alduini potestati cremone. nomine communis cremone et ipsi communi. ipsis hoc recipientibus infrascripto modo et subter infrascriptis conditionibus: faciendi guerram mediolanensibus *et Brixiensibus* usque ad Kalendas augusti proximo venientes. tali modo et tenore et conditione adiecta quod si mediolanenses vel brixienses infra illum terminum intraverint terram pergamensem. cum tanta sua gente vel aliena. quod in ipsa terra pergamensi iaceant una nocte pro facere guerram vel offensam pergamensibus. teneantur cremonenses iuramento et obligatione societatis infra tercium diem ex quo hoc sciverint vel ex quo denuntiatum fuerit potestati cremonensi. per litteras sigillatas sigillo communis pergami cui per nuncium vel nuncios consulum et communis pergami, facere guerram vivam mediolanensibus *et Brixiensibus* omnibus illis modis quibus continetur in instrumento Societatis et concordie cre-

1. Arch. Secr. di Cremona, D, 14. — Si corregga la nota delle Storie, pag. 211, ov'è detto K, 71. Errava il Ronchetti nell'ascriverlo al 1190. — Mem. di Bergamo, t. III, pag. 195.

monensium et pergamensium. et etiam hoc tali tenore et hac tali conditione. quod omni tempore a predicto termino infra habeant virtutem pergamenses et possint petere et denunciare prefatis cremonensibus ut faciant vivam guerram mediolanensibus *et Brixiensibus* secundum quod in instrumento predicto continetur et ipsi cremonenses teneantur facere predictam guerram mediolanensibus et brixiensibus infra tercium diem ex quo potestati predicto cremone denunciatum fuerit et petitum per litteras sigillatas sigillo communis pergami vel per nuncium vel nuncios communis pergami. Salvis omnibus capitulis que continentur in societate et in instrumento societatis et ita quod nulla liberatio et absolutio contingat de aliquo quod continetur in instrumento predicte societatis et concordie propter predictam prorogationem termini. sed omnia in suo robore permaneant et permanere intelligantur. et ipsi cremonenses nichilominus teneantur ultra predictas Kalendas augusti et infra secundum suprascriptos modos et ad predictos terminos. Et eis vice illius potestatis cremone et communis cremone ipsis ambaxatoribus hoc suprascripto modo et sub prefatis conditionibus recipientibus prefatum terminum suprascripto modo unde consules pergamenses suprascripto modo prorogaverunt. Qui suprascripti imbaxatores ante hanc prorogationem factam confessi fuerunt nullam liberationem contingere propter predicti termini prorogationem de aliquo eorum qui continetur in predictis instrumentis societatis et concordie. et se et suum commune sic teneri in omnibus et per omnia ut scriptum est.

Factum est hoc anno domini millesimo centesimo nonagesimo nono indictione secunda. Comes Guifredus de curtenova. rogerius de muzzo. albertus vasconi et alii plures ibi testes fuerunt. et plures cartule uno tenore fieri rogate sunt.

Ego Iohannes Valcosii Sacri palatii notarius interfui qui rogatus scripsi.

CCVIII.

(Anno 1199 — 23 giugno)

Il giuramento dei Pavesi.

Inedito 1.

Anno ab incarnatione domini nostri jehsu Christi Milleximo centeximo nonageximo nono indictione secunda die sabbati octavo exeunte mense julii in civitate papie in pallatio novo communis in quo fit credentia papie in credentia collecta ad sonum campane. in presentia Saraceni de burgo et artoni notarii communis papie et alberti iudicis dicte terre etc. . . . hec sunt nomina illorum de credentia papie qui iuraverunt versus Cremonenses et versus bergamenses concordiam Cremone et bergami etc. . . . . scilicet Gregorius Trovamala consul com. papie etc. . . . *(omiss.)*.

Item in die dominico sequenti proximo in eodem pallatio ad credentiam collectam ad sonum campane in presentia suprascriptorum testium rogatorum. de eadem credentia iuraverunt suprascriptam concordiam bertramus de confanoneriis etc. . . . Lantelmus grugnus consul communis papie iuraverunt istam concordiam cremone et bergami ut dictum est supra. tenor antiquioris instrumenti quod fecit Avantius notarius talis est scilicet. Ego papiensis juro ad sancta dei evangelia quod ego bona fide salvabo et guardabo omnes bergamenses et homines sue virtutis vel districti et eorum res per totam meam virtutem nec in sua terra vel districtu studiose offendam pro comuni et ego faciam omnibus pergamensibus ... rationem etc.

Et si commune mediolani cum communi *Brisciensium* iverit supra terram bergami ad offensionem terre bergami eo tempore quo papienses non habuerint guerram cum Mediolanensibus. Ego bona fide si michi requisitum fuerit adjuvabo bergamenses cum militibus meis secundum quod conveniens fuerit sine fraude. Et si Mediolanenses vel Briscienses habuerint guerram cum bergamensibus Ego vetabo mercatum et stratam Mediolanensibus et Brisciensibus. Et ego tenebo stratam meam

1. Arch. Secr. di Cremona. — Si vegga il giuramento che abbiam dato sotto l'anno 1191, pag. 69, n. CLXXXI del presente volume.

apertam mercatoribus et aliis hominibus bergami, quod dictum est supra de mercato vetando et stratis Mediolanensibus et Brisciensibus et de guerra facienda Mediolanensibus. Ego adtendam infra unum mensem ex quo michi requisitum fuerit per consules bergami vel per potestatem qui pro tempore fuerint vel per suum nuntium. nec fraude evitabo quando michi requiratur. Et hec omnia suprascripta adtendam et observabo bona fide et sine fraude. salva fidelitate domini imperatoris Enrici et salva concordia *cremone* et *cumanorum* et *terdonensium* et *marchionum malaspine*. Et si aliquid additum et diminutum fuerit in concordia utriusque civitatis id observabo etc.

Et ibi papienses suprascripti iuraverunt per sancta dei evangelia suprascriptam concordiam firmam et ratam tenere et ita attendere et observare ut supra legitur cremonensibus ut iuraverunt bergamensibus. — Ego Avantius sacri pall. etc.

CCIX.

(Anno 1199 — 16 luglio)

La società di Bergamo e di Cremona.

Inedito 1.

In Christi nomine. Anno domini millesimo centesimo nonagesimo nono. die quodam mensis iulii qui fuit quintusdecimus dies exeunte ipso mense indictione secunda. Tale est hoc iuramentum renovande et confirmande societatis inter Cremonenses et Pergamenses. Ego iuro ad sancta dei evangelia quod ego adtendam et observabo capitula et tenores et conditiones in primo et antiquiori instrumento societatis facte inter prescriptos cremonenses et pergamenses. Et eo excepto quod cremonenses non habeant spacium faciendi guerram supra mediolanenses vel supra *Briscienses* de hac presenti guerra quam mediolanenses et brixienses inceperunt supra pergamenses nisi sicut inter eos statutum est secundum quod continetur in instrumento a Iohanne Valcosii notario confecto die sextodecimo intrante mense iulii de induciis datis ipsis cremonensibus. sed debet esse firmum et ratum quicquid in eo continetur. Et hec omnia adtendam bona fide et sine fraude nisi remanserit

1. Arch. cit. - K, 71.

parabola potestatis vel consulum omnium vel maioris partis qui pro tempore fuerit vel fuerint. et credentie collecte ad campanas et per precones tocius vel maioris partis. Scilicet cremonensis sit in parabola potestatis vel consulum et credentie pergami. et pergamensis in parabola potestatis vel consulum et credentie cremone predicto modo. Prescriptum vero iuramentum iuraverunt predicto die. Magnifredus de Lalio. et presbiter bedischi. Bertramus et albertus de rivola. Giselbertus de monticello. Federicus colioni. Guala de petringo. et barianus de manervio consules maiores communis pergami. et de cremona. bravus de avostis. et busus de giroldis. imbaxiatores cremone. qui duo iuraverunt dandi operam bona fide ut potestas cremone et cremonenses similiter iurent. Et insuper illud iuramentum iuraverunt homines credentie pergami ibi ad campanas convocate.

Actum in credentia pergami. in palacio communis pergami. Interfuerunt ibi testes. Iohannes de petringo. alexander de Lalio. Alberinus et girardus de cereto ambo notarii. et plures cartule uno tenore fieri rogate sunt.

Ego Iohannes Valcosii sacri palatii notarius interfui qui rogatus scripsi.

CCX.

(Anno 1199 — 8 luglio)

Le monache di s. Giulia.

Bolla d' Innocenzo III.

Inedito 1.

Papa Innocenzo affida all'arcidiacono di Parma una causa fra l'abb. di s. Giulia ed il monastero di Nonantola per la terra di Redo, che l'abbadessa diceva sua. Breve di poca entità. Altre carte giuliane vi ho ricordate del secolo XII, e non recate: ma forse le daremo altrove; e specialmente poi quelle del Porto Piacentino.

CCXI.

(Anno 1199 — 27 gennaio)

S. Costanzo in Conche.

Doneda 2.

Bolla di ricognizione del monastero e del santuario in Conche.

1. Cod. Dipl. Quir. - sec. XII. — 2. Doneda, Vita di s. Costanzo - p. 45, 46.

CCXII.

(Anno 1200 — 20 maggio)

La pace tra i Federici e la terra di Darfo.

Inedito 1.

In nomine Domini n. Iesu Christi Amen. Talis concordia facta est inter Dominos seu Capita de Monticulo ex una parte, et homines ejus loci sive de Curte Darvi ex altera etc.

Quod Insule de eadem Curte, que sunt a Monticulo supra debeant dividi bona fide et sine fraude in trib. partib. et Domini debeant habere unam illar. partium. Vicini vero duas, ita tamen quod vie sunt necessarie q. et comunes ad Braidas sive Terras Dominor. vel Vicinor. bona fide, et sine fraude debeant assignari et concedi per qualibet illar. partium, ita tamen quod tempore Verre ob quia vicini non possunt pascolare comode et sicure a Castro Darvi infra, quod tunc liceat Vicini pasculare per partem Dominor. et si parte illa Dominor. per totum vel in parte foret imblavata tunc Vicini abstineant se a parte imblavata. blavis vero collectis liceat Vicinis in ea pasculare per totum quousque Verra duraverit, nec Dominis liceat tempore Verre in totum vel in parte imblavare per se, vel suum Nuncium.

Item Gazium debeat dividi in tres partes bona fide, et sine fraude a parte Montis infra unam quar. partium Domini capita debeant habere, et ex ea facere omnem suam utilit. excepta alienatione Terræ q. non debeant facere homini, vel hominibus extra Curtem Darvi habitantibus, ne si forte capita inter se venderent, vel nisi Caput Curtis licito modo alienaret, nec vendant alicui de Filiis Uberti, neque alicui de Macinata alicujus eorum, qui de cetero venirent habitare in Terram, nec inter se a pede montis supra. Vicini vero duas partes Gazij habere debeant, et ex eis facere omnem utilitatem excepta similiter alienatione Terre, quam facere non debeant hominib. extra Curtem Darvi, neque alicui de Filiis Uberti, aut alicui de Macinata, alicujus eor. qui de cetero venirent in Terra illa, ita tamen quod liceat alicui Dominorum in ea Terra habi-

1. Lafranco Federici, Storia ined. della famiglia. — Cod. 62 della mia Raccolta. — Storie Bresc. t. V, pag. 255 e 256.

tanti in illa parte Vicinorum quousque Comunis fuerit buscare, sicut ceteri Vicini buscabunt, et quod liceat omnibus Dominis etiam si ibi non habitaverint in illa parte Vicinorum, quam Vicini in Comune reservabunt ligna accipere necessaria ad Domos proprias in illo loco reficiendas, et construendas.

De Tajatico Domini habeant tertiam partem, et Vicini duas.

De aliis vero Comunibus, si ligna vendita fuerit, Domini habeant tertiam partem pretij, et Vicini duas, et si quid ex ipsis Comunibus venderet . . . Terram, et nemus in totum vel in parte, venditio fiat a Vicinis bona fide, et sine fraude cum consilio *Consulum Dominor.* sive Capitum, et illius, qui erit Potestas, vel Consul in illa Terra, et Domini habeant de pretio illius comunis venditi tertiam partem, et Vicini vero duas.

Item si ab aliquo homine aliqua pars Terre, que solet esse Comunis tenetur, de qua ipse qui eam tenet non possit ostendere Cartam ante sibi factam tribus annis retro, Vicini eam cum Dominis recuperare debeant, et dividere inter se, Vicini habeant duas partes, et Domini Tertiam.

De Salettis si deducerentur vel dividerentur, Domini habeant tertiam partem, Vicini duas.

De Herbatico Domini habeant medietatem, et Vicini alteram medietatem, ita tamen, quod pecudes, que ibi debent duci ad pascolandum sint moderate quantitatis, et duceant. cum concilio D. D. Consulorum Dominorum, et consilio illorum Vicinorum, qui erunt electi pro tempore ad dandum concilium Vicinitati, et cum consilio illius Domini, qui erit Potestas, et Consul de ipso loco, nec liceat Dominis imoderatam quantitatem ducere, et Vicinis non liceat moderatam quantitatem spernere.

De Decimis que occasione rixarum factarum inter Oleum, et Gretolosam exigerentur, Domini habeant medietatem, et Vicini alteram medietatem.

Item cum predicti homines de Monticulo eligent Consules semper eligant unum de Dominis, sive de illis de Vallecamonica, sive de aliis, qui sit eorum consul. cum aliis Consulibus Vicinatis, et juret regere eos, sicut alii Consules jurabunt, et abebunt de Decimis et Datiis quantum ut supra ex aliis Consulibus, ita tamen, quod Dominus ille, qui erit electus Consul

non teneatur ire ad Terram illam nisi cum requisitus fuerit ab ipsis Vicinis. tunc cum requisitus fuerit debet ire, et stare in Terra illa quousque fuerit necesse expensis Vicinorum.

Item quilibet Dominus qui habitat, vel qui habitavit in Curte Darvi, vel in Burgo Monticuli aut prope Burgum per duo milliaria, vel qui stabit in loco illo per octo dies, vel qui in Curte Darvi domicilium fecerit, teneat jurare salvamentum ferre, et facere jurare homines secum stantes, de quib. fuerit requisitus infra tertium diem, ex quo fuerit requisitus a Consulibus Monticuli, et teneantur dare pignora pro taxis et viis ruptis cum fuerit requisitus a Consulibus, vel a Campariis, ita tamen quod liceat ipsis Dominis, et eorum *scutiferis* ibi morantibus herbam accipere sine damno fraudoloso, et si quis ex Dominis predictum salvamentum facere recusaret, vel suos noluerit facere jurare, aut Pignora pro taxis, viis ruptis evitaverit dare, quilibet ex aliis Dominis, qui hoc fuerit requisitus a Consulibus Monticuli teneatur bona fide dare operam ad complendum et predicta attendere.

Item si occasione alicujus Comuni predicte Curtis contentio, vel lis emergeret pro ipso comuni defendendo, vel ablato recuperando, Domini debeant adjuvare Vicinos, et Vicini Dominos facientibus tertiam partem expensarum, et Vicini duas.

Item quilibet ex Dominis, qui in terra illa habitat, vel pro tempora habitabit, habitatio ejus inteligatur perennis sive perpetua ad præceptum Consulum, qui erit ex Dominis, et aliorum Consulum Monticuli de hoc sibi concorditer fact. et cogatur secundum suas facultates cum ceteris Vicinis reficere Ecclesias ,et vias excepta via que tendit a Burgo ad Castrum, quam nullus ex Dominis teneatur reficere, sed Vicini teneantur mittere Gazium Dominorum, et alias res eorum, sicuti mittunt suas.

Die Dominico undecimo exeunte Madio in Valle Camonica in Curte Darvi, in Prato Sancte Marie de Ronco confirmata, et facta est jam dictam concordiam inter D. D. Albertum q. Philippi de Niardo pro se, et omnibus participibus, sui Capitis, quod dicit. Caput de Fulchesonibus de Niardo.

Et D. Lafranchum D. Brusati pro se, et omnib. participibus suæ Curtis quod dicit. Caput Federicorum.

Et D. Martinum de Conchis pro se, et omnib. participibus Capitum quæ dicuntur illorum de subtus silicet illorum de Conchis, et de Brixia, et Fulconum, et illorum qui habent partem in his tribus Capitibus.

Et D. Theutaldum Pole pro se, et D. Armenulfo, et D. Uberto de Rotona, et D. Inzelerio, et pro Jacobo Onzignano.

Et D. Viscardum pro se, et D. Laffrancum D. Brusadi pro D. Belotto, qui sunt participes Capitis quod dicitur Caput de Breno.

Et D. Ottonellum de Bertio pro se, et omnib. participibus sui Capitis, quod dicit. Caput de Bertio.

Et D. Lafrancum, D. Brusadi, et D. Martinum Fulconum pro participibus omnibus sui Capitis.

Et D. Lafrancum, D. Brusadi, et D. Maifredum Fulconum pro participibus omnibus Capitis de Eseno excepto Amato Lanzoni, qui stetit, et promisit pro quarterio ejusdem Capitis de Eseno.

Quolibet predictorum promittente, et obbligante sub pæna infradicta, quod facient participes prædictorum Capitum, pro quibus singulas eorum agit, hæc omnia temporibus perpetuis ratha, et inviolata habere ex una parte.

Et Raimundum de Ronco sindicum Vicinitatis Monticuli ad hoc specialiter constitutum vice, et nomine totius Universitatis Monticuli agentem. Præsentibus de Convicinis Alberto Pugnono, et Albuchetto de Bubiano, et Albertino Alanzi Consulibus ipsius Terre, et Sterno, et Alberto de Pretelli, et Calapino de Darvo, et Magintepo et Petro de Clisono, et Benevegnuto de Corna, Ardeseno de Sero, et Fenili de Darvo, et Alberto de Solto, ex altera parte.

Promittentes inter se supradictam concordiam ratham, et incorruptam omni tempore habere et teneri sicuti supra determinatur sub pena centum librarum Imperialium, hinc inde stipulatione premissa, quia pena soluta supradicta pactio nihilominus in suo robore existat.

Actum est hoc anno Domini millesimo ducentesimo Indictione tertia.

Interfuere D. Petrus Petenalupus, et D. Iacobus Sale, Prandus de Vetiis et Presbiter Custos Ecclesie Sancti Faustini Darvi Testes rogati.

Vi rechiamo tal quale, co'suoi parrecchi errori, la carta come noi la trovammo nel codice indicato, sendo stato impossibile averne più esatta dizione; nulla toglie per altro alla sua sincerità.

La importanza di quest'atto risulta da sè. Quelle isole della Corte *a Monticulo supra;* quelle due rappresentanze dei Signori e dei Vicini, l'una e l'altra coi loro consoli *(consulum dominorum);* que'patti di sicurezza e garanzia tra le due potestà del Comune e del Signore tassativamente indicate con formole speciali, e taluna di un senso omai smarrito, danno alla carta un'impronta singolarissima, e la fanno degna della nostra meditazione.

CCXIII.

(Anno 1200 — 1 ottobre)

La Società di sei Comuni lombardi.

Inedito 1.

Anno domini millesimo ducentesimo Indictione prima die primo intrante Octubri. In pallatio communis brixie coram domino Alberto Aruxio et Gruenzono de mazinpedibus ambaxatoribus communis cremone hec omnia nomine et vice ipsius communis recipientibus domini *Comes Narixi* et comes albertus de casalolto et Iacopus de pontecarale potestates communis brixie tactis sacrosanctis scripturis iuraverunt ad sancta dei evangelia attendere et observare societatem et concordiam noviter factam inter papiam et Cremonam et brixiam et Veronam et ferrariam et Marchionem Azonem de heste et Comitem sancti bonifacii sicuti continetur in instrumentis ob hoc factis ab Oldefredo notario et facere ea qui in ipsa concordia et societate continetur. Ibique in ipso pallatio in credencia sonata *(manca la pargamena)* . . . . . Guielmus truffi servus Bernardi . . . . . Carnedevacca Ughizonus aimonus Iohannes de cazacho Petrus belenati Gargnaninus de gargnano. Zaninus trabucchi. Salvaterra de gargnano Albertus antignadi Iacobus de homis Gazanus de salodo philipus de rodingo Ospinellus crivelarius Cosandus de claris Gratiadeus mairani petrus domini ottobelli de pontecarali.

1. Arch. Secr. di Cremona I, 33. — Storie Bresciane, t. V, p. 245, 246.

Vasulupa. Paitonus de salingruis Valandinus lafranci de salodo. petrus de bonardo. laurentius de goiono Cothainus de cothaio. Coso de gambara. Iohannes comsepis Aliottus burletti. Codeferrus pesacolus de bonardo. Iordanus sortilius. Marchisius cagnolus. philippus filius iohannis bibulci. Albertinus recla. Ognerinus caxoni Kaffinus pacani. petrus congitus Anselmus de cruce. Ardricus de seneco. Albertus de legnacho. florianus de muscolinis. bonaventura de robacastello. Beretta de foxina. bonapax de gavardo. Aimericus toizonus. capoanus de pontecarali Guielmus benedicti de calino. Botinus cicada bonacursus ranchetini. Ugo absaloni. Ainardus capra. Iohannes mezpanis. federicus de porta Ambrosinus de . . . nardo. Aricus malclavelli. Menaferrus delaidus de scovolo. bonavitha de gargnano. Iohannes ferri caligarii. Iohannes de torbiato. Iacobus de rociis. Iohannes rozonus Albertus robertarius Stephanus belintesini. Marchesinus de Gavardo. Pizolus de gavardo. Malapuneca. Iohannes ramoldi. Sechafenus. Viola de dexenzano. Gargnanus burlandinus. lafrancus testa. Iacobus seccasol. Redulfus bernardi Rambaldus ugonus. boninsegna de monterotondo. Lancerius sancti gervasii lafrancus de loderno. Raimondus de calvixano. Stephanus sancti gervasii. berxanus tinacus Rainerius ballius belottus cicamice Raimondus ugonus Michael de gargnano. Iacobus brixiani de toscolano. Martinus pellati. Calzerius de calcaria. Delaidus pellacanis. flamengus de manervio. Iacopus de mainetti. Marchisius de budhizolis. Obizo maco. danixius prandonus. Manoellus de Xesio. delaydus de capano. Otto guifredi. bonisanza de camignono. Guielmus de pallatio fili ferle. bonacursus domine cerude. plevanus de martinengo. Martinus teutaldi de pontecarale. Martinus sellarius. lafrancus de porticu. Marchisius Rigolotti. Arlottus qualengorus Oddo mafei iudex.

Ibi fuerunt domini Ramaldus de campise et Vizolus bertonus ambaxatores communis papie et lafrancus limedhacus de papia.

Ego Odelfredus notarius sacri pallatii interfui et rogatus scripsi.

CCXIV.

(Anno 1200 — 9 dicembre)

La Società dei militi di Brescia.

Inedito 1.

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo, indictione quarta, die sabbati nono intrante decembre: prope castrum Rebecchi. Breve recordationis concordie facte inter cremonenses et societatem militum brixie. Iuraverunt pacem et concordiam inter prefatos cremonenses et prenominatam societatem militum brixie ut inferius apparet. dominus terlorius. dominus milus de ugonibus consules communis brixie. Et dominus milus de domino alberto. Ianixius. dominus . . . confanonierius. dominus albertus de martinengo consules jam dicte societatis militum brixie. Dominus buccacius de manervio. Iacomus de yseo. Girardus de sala. Lanfrancus de sala. Opizo de ugonibus Iohannes faba. Albertus de manervio. Comes albertus de casalolto. Ainardus de bugigolis. Egidius comphanonerius. Emanuel de concesio. Lanfrancus de turculo. Alvernatius de pontecarali. Martinus de sancto gervaxio. Scalmantius de gambera. Lanfrancus de atheghelio. Albertus ferrarius. et Stephanus de torbiago. Videlicet quod brixienses debent adiuvare cremonenses quociescumque petitum eis fuerit per rectores cremone aut per eorum nuntium per totam terram et aquam et districtum et episcopatum cremone. cum militibus et peditibus et archatoribus et balistariis et cum tota sua fortia et cum carozolo si habuerint et spetialiter de facto creme et insule fulcherii et de illis bonis et terris q. per cremam distringuntur et moram ibi facere donec fuerit voluntas rectorum cremone qui tunc temporis erunt rectores. suis propriis expensis et hoc contra omnem gentem et civitatem et hominem. Et de illis terris que tenentur et reguntur ex hac parte adue versus pleum (*sic*) per mediolanum vel tenute vel recte fuerint nullum contrarium nullamque offensionem cremone nec sue parti aliquo modo facient. Et in episcopatu cremone et in

1. Arch. Secreto di Cremona. I, 42, n. 3 degli avuti da quell'archivio.

